Νεᾶνις ιδος ἡ puella, juvencula.

Νεανίσκος ου ὁ *diminutivum*, adoleſcentulus.

Νέβελ *vox Hebræa* נֵבֶל *uter tris*, 1 *Sam.* 1. *v.* 24. 2 *Sam.* 16. 1.

Νεβρὸς οῦ ὁ hinnulus, *pullus cervi. q.* νεωστὶ εἰς βορὰν ἐλθὼν *nuper ad pabulum accedens.*

Νεῖ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Νεῖκος εος τὸ rixa, jurgium, bellum. *q.* νὲ εἴκων *non ſimilis.*

Νεκρὸς ὰ ὸν mortuus a um. *ab adj.* νέκυς υος ὁ *mortuus, unde eſt vox Latina nex necis. g. f.*

Νεκρόω ῶ mortifico, *interimo. F.* ώσω. *P.* νενέκρωκα. *a.* 1. *act.* ἐνέκρωσα. *a.* 1. *imperat.* νέκρωσον άτω ατε. *præt. paſſ.* νενέκρωμαι. νενεκρωμένος η ον emortuus.

Νέκρωσις εως ἡ mortificatio, 2 *Cor.* 4. 10.

Νέμω tribuo, diſtribuo, *diſtributum teneo, habito, paſco, adminiſtro. F.* νεμῶ. *P.* νενέμηκα. *P. paſſ.* νενέμημαι.

Νενησμένος ου ὁ accumulatus, plenus.

Νεόκτιστος ου ὁ nuper factus, *nuper creatus, à* νέος *novus &* κτίζω *condo, creo.*

Νεομηνία ας ἡ novilunium, *nova luna, primus dies menſis. à* νέος *novus &* μὴν ὸς ὁ *menſis. vel* μήνη ης ἡ *Luna.*

Νέος α ον novus a um. *item* adoleſcens, juvenis, *Tit.* 2. 4. *comparat.* νεώτερος α ον *junior, minor natu. pl. num.* οἱ νεώτεροι *juvenes, Actor.* 5. 6. αἱ νεώτεραι *juvenculæ, juniores, minores natu,* 1 *Tim.* 5. 11.

Νεοσσίον *vel* νεοττίον ου τὸ *pro* νοσσίον parvus pullus, *diminutivum à*

Νεοσσὸς οῦ ὁ *Atticè* νεοττὸς οῦ ὁ pullus.

Νεότης ητος ἡ juventus, ἐκ νεότητος *à juventute, Marc.* 10. 20.

Νεόφυτον ου τὸ novella planta, *q. d.* νέον φυτὸν *nova planta.*

Νεόφυτος ου ὁ ἡ nuper conſitus, *recens plantatus, q. d.* νέον φυτὸν *nova planta. per metaph.* novitius, tiro.

Νεόω ῶ innovo, novo. *F.* ώσω. *a.* 1. *act.* ἐνέωσα. *P.* νενέωκα. *à* νέος *novus.*

Νέσσα *in Hebr.* נֹצָה *quod plumam ſignificat, ſed*

alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

alii accipiunt pro ſtruthiocamelo pennato, quem Germani ein Strauß *dicunt.*

Νεῦμα τ⊕ τὸ nutus, inclinatio. *à præt. paſſiv.* νένευμαι *verbi* νεύω *innuo.*

Νευρὰ ᾶς ἡ fides, *nervus arcus & citharæ.*

Νευρία ας ἡ funis *e nervis tortus.*

Νευροκοπέω ῶ enervo, *nervos præcido* (*ex* νεῦρον ȣ τὸ *nervus &* κόπτω *ſcindo, ſeco*) *F.* ήσω. *a.* 1. ἐνευροκόπησα. *P.* νενευροκόπηκα.

Νεῦρον ȣ τὸ nervus, *robur, à* νεύω *inclino, quia nervus eſt inſtrumentum inclinationis.*

Νεύω innuo *cum Dativ. F.* νεύσω. *P.* νένευκα. *a.* 1. ἔνευσα. *part. a.* 1. *act.* νεύσας αὐτ⊕ ὁ.

Νεφέλη ης ἡ *nebula*, nubes. νεφέλαι ἄνυδροι *nubes aquâ carentes, Iud.* 12. 2 *Petr.* 2. 17.

Νέφ⊕ ε⊕ τὸ nubes, *nebula. per metaph.* magna & conferta multitudo, *Hebr.* 12. 1. *ab Hebræo* נוף *nuph ſtillare.*

Νεφρὸς ȣ̃ ὁ ren.

Νέω eo, neo, glomero. *F.* νήσω. *a.* 1. ἔνησα. *P.* νένηκα.

Νεωκόρ⊕ ȣ ὁ (*ex* νεὼς ὼ ὁ *templum, Atticè pro* ναὸς ȣ̃ ὁ *&* κορέω *ſcopis purgo.*) æditiuus, *ſic dictus, quod templi verrendi purgandique cura ei ſit commiſſa.*

Νέωμα τ⊕ τὸ novale.

Νεὼς ὼ ὁ templum, *Attic. pro* ναὸς ȣ̃ ὁ.

Νεωστὶ nuper, paulò antè, *adv.*

Νεωτερικὸς ἡ ὸν juvenilis. *à* νέ⊕, νεώτερ⊕. *vide ſuprà.*

Νὴ per. *Adverb. jurandi, cum Accuſ. Eodem ſenſu* μὰ *adhibetur, Gen.* 42, 15, 16. νὴ τὴν ὑγίειαν Φαραὼ *ita vivat Pharao. Eſt & in compoſitis particula negans idem quod* νέ.

Νήθω neo (*Græcè etiam* νέω.) *filium è colu duco. F.* νήσω. *P.* νένηκα. *a.* 1. ἔνησα, *Exod.* 35. *v.* 24. *præt. paſſ.* νένησμαι. *Exod.* 36. 33.

Νηκ⊕ς

Νηκτὸς ȣ͂ ὁ natatilis, *natans. à* νέω *nato.*

Νηπιάζω *infantiliter ago*, infans ſum. *Fut.* άσω. *P.* νενηπίακα. *a.* 1. ἐνηπίασα.

Νηπιόκτονος ȣ ὁ ἡ infantes trucidans, *necans infantes. ex* νήπιος *infans*, & κτείνω *occido.*

Νήπιος ȣ ὁ infans, (*ex* νὴ *particula privativa &* ἔπος ȣς τὸ *verbum. Sic* νηπενθὴς έος ὁ ἡ *luctu carens.*) *item* rudis, *item* manſuetus, 1 *Theſſ.* 2. *verſ.* 7. *ubi tamen eſt* ἤπιοι, *non* νήπιοι.

Νηπιότης ητος ἡ infantia.

Νησίον ȣ τὸ parvula inſula.

Νῆσος ȣ ἡ inſula, *q. d. in ſalo.*

Νηστεία ας ἡ jejunium, *inedia.*

Νηστεύω jejuno. *F.* εύσω. *P.* νενήστευκα. *a.* 1. *act.* ἐνήστευσα. *part. a.* 1. *act.* νηστεύσας αντος ὁ.

Νῆστις εως ὁ ἡ jejunus, *ex* νὴ *privativo ſeu negativo, &* ἐσθίω *edo.*

Νηφάλιος ȣ ὁ ἡ ſobrius a, 1 *Tim.* 3. 2. νηφάλαιος ȣ ὁ ἡ idem.

Νήφω *q. d.* νὴ πίω *non bibo*, ſobrius ſum, vigilo. *F.* νήψω. *P.* νένηφα. *a.* 1. *act.* ἔνηψα. *a.* 1. *imperat.* νῆψον άτω ατε.

Νήχομαι (*& in activo* νήχω) nato. *F.* 1. *med.* νήξομαι. *a.* 1. *med.* ἐνηξάμην. *P. paſſ.* νένηγμαι. *a.* 1. *paſſiv.* ἐνήχθην. *F.* 1. *paſſiv.* νηχθήσομαι.

Νικάω ῶ ſupero, vinco. *præſ. imperat.* νίκα *pro* νίκαε *vince. F.* ήσω. *P.* νενίκηκα. *aor.* 1. ἐνίκησα. *vici. a.* 1. *ſubj.* νικήσω ῃς ῃ. *a.* 1. *infin.* νικῆσαι *vincere.*

Νίκη ης ἡ victoria, 1 *Ioan.* 5. 4.

Νίκημα τος τὸ victoria, *à præt. paſſiv.* νενίκημαι *verbi* νικάω *vinco.*

Νικοποιέω ῶ *victoriam facio.*

Νικοποιὸς ȣ͂ ὁ *victoriam faciens.*

Νῖκος εος τὸ victoria, 1 *Cor.* 15. *v.* 57. *item ad formam Hebræi* נֵצַח æternitas, perpetuitas, 1 *Cor.*

1 *Cor.* 15. 54. εἰς νῖκος *ex Hebræo* לָנֶצַח, *idem quod* εἰς αἰῶνα *in perpetuum*, *confer Eſai.* 25. *verſ.* 8.

Νιπτὴρ ῆρος ὁ pelvis, *Ioan.* 13. 5.

Νίπτω lavo (λούω, *ut nonnulli volunt, propriè accipitur de corpore*, νίπτω *de manibus*, πλύνω *de pannis.*) *F.* νίψω. *P.* νένιφα. *a.* 1. ἔνιψα. *a.* 1. *ſubj.* νίψω ῃς ῃ. *præſ. med.* νίπτομαι *abluo. Fut.* νίψομαι. *a.* 1. *med.* ἐνιψάμην ω ατο *lavi. a.* 1. *med. imperat.* νίψαι άσθω *lava. a.* 1. *med. ſubj.* νίψωμαι ῃ ηται. *a.* 1. *med. infin,* νίψασθαι. *part. a.* 1. *med.* νιψάμενος.

Νίτρον ου τὸ nitrum, *ſuccus concretus ſali ſimilis, à* νίζω *pro* νίπτω *lavo.*

Νιφετὸς οῦ ὁ defluxus nivis, *imber nivalis. à* νίφω *ningo.*

Νοερὸς οῦ ὁ intelligens, *rationis capax. à*

Νοέω ῶ cogito, *item* intelligo. (νόος οῦς ὁ *mens.*) *præſ. imperat.* νόει *pro* νόεε *conſidera*, 2 *Timoth.* 2. *v.* 7. νοεέτω είτω *animum advertat*, *Marc.* 13. *v.* 14. *F.* νοήσω. *P.* νενόηκα. *a.* 1. ἐνόησα. *a.* 1. *ſubj.* νοήσω ῃς ωσι, *Ioan.* 12. *v.* 40. *a.* 1. *act. infin.* νοῆσαι *perpendere*, *Eph.* 3. 4. *præt. paſſ.* νενόημαι. *Hinc*

Νόημα τος τό cogitatio, *intellectus*, 2 *Cor.* 10. 5. νοήματα ων τὰ *machinationes*, 2 *Cor.* 2. *v.* 11. *mentes*, 2 *Cor.* 4. 4.

Νοήμων ονος ὁ ἡ doctus, intelligens, *mentis compos, prudens.*

Νοητῶς intelligibiliter, *Adv.*

Νοθεύω nothum reddo, *corrumpo, adultero. F.* εύσω. *a.* 1. *act.* ἐνόθευσα. *P.* νενόθευκα.

Νόθος ου ὁ ἡ nothus, ſpurius a.

Νομὰς άδος ἡ in paſcuis degens.

Νομεὺς έως paſtor. *item legum conditor. à* νέμω *paſco.*

Νομέω

Νομέω poſſideo. ἐν κλήρῳ νομέω ſorte poſſideo, acquiro.

Νομὴ ῆς ἡ pabulum, paſtus. à *præt. med.* νένομα *verbi* νέμω *paſco, tribuo.*

Νομίζω *lege ſancio. item* exiſtimo. *imperf.* ἐνόμιζον ες ε. *F.* ίσω. νενόμικα. *a.* 1. *act.* ἐνόμισα. *aor.* 1. *ſubj.* νομίσω ῃς ῃ. *part. aor.* 1. νομίσας αντος ὁ. *præſ. paſſiv.* νομίζομαι *putor. imperf. med.* ἐνομιζόμην ου ετο *putabar, Luc.* 3. *v.* 23. ſolebam, *Actor.* 16. 13.

Νομικὸς οῦ ὁ legis interpres, *jureconſultus, Tit.* 3. *v.* 13. legalis, *Tit.* 3. 9.

Νόμιμον ου τὸ *conſuetum, jus.*

Νόμιμος ου ὁ ἡ legitimus, à νόμος ου ὁ *lex. vide infra.*

Νομίμως *adv.* legitimè. à νόμιμος.

Νόμισμα τος τὸ numiſma, *ſcil. nummus legitimus, cujus uſus & valor* νενόμισται. *h. e. lege ſancitus eſt.*

Νομιστέος exiſtimandus.

Νομοδιδάσκαλος ου ὁ legis doctor, *profeſſor juris.*

Νομοθεσία ας ἡ legis conſtitutio. *q. d.* ἡ τοῦ νόμου θέσις. *legis poſitio, legis latio.*

Νομοθέσμως *adverb.* legitimè, *q. d.* κατὰ θέσμον τοῦ νόμου.

Νομοθετέω ῶ leges ſancio, fero. *F.* ήσω. *P.* νενομοθέτηκα. *a.* 1. *act.* ἐνομοθέτησα. *præſ. paſſiv.* νομοθετέομαι οῦμαι *lege ſancior. præt. paſſ.* νενομοθέτημαι *ſancitus fui. pluſq. perf.* ἐνενομοθετήμην σο, *& Atticè,* ἐψιλῷ *initiali abjecto,* νενομοθετήμην leges acceperam.

Νομοθέτης ου ὁ legiſlator. *ex* θέτης ου ὁ *qui poſuit, à* τίθημι *pono, &* νόμος ου ὁ *lex, Iac.* 4. 12.

Νόμος ου ὁ lex, *& per Hebraïſmum ad formam nominis* תּוֹרָה doctrina, *Rom.* 3. *v.* 27. *Derivatur*

vatur à νέμω tribuo, rego. quod ſuum cuique tribuat, ejuſque obſervatio baſis ſit felicis gubernationis.

Νόος οου ὁ mens, animus. *Genit.* νόου νοῦ. *Dativ.* νόῳ νῷ. *Accuſ.* νόον νοῦν. *Voc.* νόε οὖ. *Item* νοῦς. *Genit.* νοός. *Dat.* νοΐ, *juxta quintam ſimpl. qui duo tantum caſus hinc deſcendunt, cæteriſque ſunt uſitatiores.*

Νοσερὸς οῦ ὁ morboſus, inſanus.

Νοσέω ῶ ægroto. *per metaphoricam ſynecdochen* inſanio, 1 *Tim.* 6. 4. *F.* ήσω. *P.* νενόσηκα.

Νόσημα τος τὸ ægritudo, *Ioan.* 5. 2.

Νόσος ου ἡ morbus.

Νοσσεύω nidulor. *F.* εύσω. *α.* 1. ἐνόσσευσα. *P.* νενόσσευκα. *præt. paſſ.* νενόσσευμαι.

Νοσσιὰ ιᾶς ἡ pullities, *per ſyncopen* τοῦ ἐψιλοῦ *pro* νεοσσιὰ, *Luc.* 13. 34. *à Them.* νεοσσὸς *vel Atticè* νεοττὸς οῦ ὁ *pullus, tenera & recens à partu avicula, Deut.* 22. *v.* 6.

Νοσσίον ου τὸ pullulus, *pullus recens, Matth.* 23. 37. *diminutivum à* νοσσὸς οῦ ὁ *pullus. dicitur &* νεοσσίον, *Pſal.* 84. 3. *vid. ſupra* νεοσσίον. *Quædam exemplaria habent* νεόσσιον ου τὸ, *ſed vitioſe.*

Νοσσοποιέω ῶ nidum conſtruo.

Νοσσὸς οῦ ὁ *per ſyncopen pro* νεοσσὸς οῦ ὁ pullus.

Νοσφίζομαι interverto, ſurripio. (*ab adv.* νόσφι *ſeorſum, ſine. F.* ίσομαι. *α.* 1. *med.* ἐνοσφισάμην ω ατο. *α.* 1. *med. infin.* νοσφίσασθαι.

Νότος ου ὁ auſter, *nomen venti à meridie ſpirantis.* regio auſtralis. *videtur hæc vox orta à nomine* νοτὶς ίδος ἡ *humiditas, vel contrà.*

Νουθεσία ας ἡ *q. amiſſæ mentis repoſitio*, admonitio. *ex* νόος νοῦς ὁ *mens &* θέσις εως ἡ *poſitio.*

Νουθετέω ῶ admoneo, *commonefacio. F.* ήσω. *P.* νενουθέτηκα. *α.* 1. *act.* ἐνουθέτησα. *præſ. paſſ.* νουθετέομαι οῦμαι *admoneor.*

Νουθε-

Νουθέτημα τος τὸ admonitio, *commonefactio.*

Νουμηνία ας ἡ novilunium. *ex* νέος *novus &* *μὴν μηνὸς ὁ menſis.*

Νοῦς νοὸς ὁ *vide* Νόος.

Νουνεχῶς cordatè, *ſapienter, Marc.* 12. 34. *ab adj.* *νουνεχὴς έος ὁ ἡ cordatus, prudens, q. d.* νοῦν ἔχων *mentem habens.* νουνεχόντως *pro eodem.*

Νυκτερινὸς οῦ ὁ nocturnus.

Νυκτερὶς ίδος ἡ veſpertilio.

Νυκτικόραξ κος ὁ corvus nocturnus.

Νύκτωρ *adv.* noctu, de nocte.

Νυμφαγωγὸς οῦ ὁ ἡ dux ſponſæ, *qui domo paternâ novam nuptam deducit.* ἀ νύμφη *ſponſa &* ἄγω *duco.*

Νύμφευσις εως ἡ deſponſatio.

Νύμφη ης ἡ ſponſa, nurus.

Νυμφίος ου ὁ ſponſus.

Νυμφὼν ῶνος ὁ thalamus, *cubile ſponſi.*

Νῦν *vel Atticè* νυνὶ nunc, *adv. Rom.* 6. 22. ὁ ἡ τὸ νῦν, *ſubaudi* ὢν οὖσα ὂν præſens, *Rom.* 8. *v.* 18. ἄχρι τοῦ νῦν, *ſubintellige* καιροῦ, *ad hoc uſque tempus*, hucuſque, *Rom.* 8. 22. *Luc.* 5. *v.* 10. ἀπὸ τοῦ νῦν, (*ſcil.* χρόνου) *ab hoc tempore, h. e. poſt hoc tempus.*

Νὺξ κτὸς ἡ nox, *item* tempus ignorantiæ, *Rom.* 13. *v.* 12.

Νύσσω *vide* νύττω.

Νύσταγμα τος τὸ &

Νυσταγμὸς οῦ ὁ dormitatio. ἀ

Νυστάζω nicto, *dormito oculis ſomno gravatis, præ ſomno capite nuto. F.* ξω. *P.* νενύσταχα *a.* 1. *act.* ἐνύσταξα. *dicitur* νυστάζω *pro* νεύστάζω ἀ νεύω *nuo.*

Νύττω *vel* σσω fodio, *punctim cædo, vulnero. Fut.* νύξω. *a.* 1. ἔνυξα ας ε *fodi. P.* νένυχα.

Νυχθήμερον ου τὸ *tempus noctem & diem complectens.*

ctens. dies viginti quatuor horarum, *juſtus dies. ex νὺξ νυκτὸς nox & ἡμέρα dies. κτ mutatur in χθ ob ſequentem aſpiratam.*

Νωθροκάρδιος ου ὁ ἡ excors, *tardus ingenio, ſtupidus, ex νωθρὸς οῦ ὁ piger, & καρδία ας ἡ cor.*

Νωθρὸς ὰ ὸν piger a um, *ſegnis, Hebr. 6. v. 12. à Them. νωθὴς έος ὁ ἡ tardus a um. ex νὴ & θέω non curro.*

Νωτοκοπέω ῶ terga ferio.

Νῶτος ου ὁ *tergum*, dorſum. *in pl. num. νῶτα ων τὰ dorſa.*

Νωτοφόρος ου ὁ ἡ humeris portans, *tergo ferens, ex νῶτος dorſum, & φέρω fero.*

Νωχελεύομαι piger & tardus in opere ſum, *Aquila, Prov. 18. 9.*

Ξ A.

ΞΑνθίζω flaveo, flavum reddo. *F. ίσω. α. 1. ἐξάνθισα. P. ἐξάνθικα. part. præſ. ξανθίζων οντος ὁ flavus.*

Ξανθικὸς οῦ ὁ *menſis* Aprilis, *qui Hebræis eſt Niſan.*

Ξενία ας ἡ hoſpitium, *Philem. v. 22.*

Ξενίζω hoſpitio excipio. *item* novitate quaſi peregrinâ turbo. *part. præſ. τὰ ξενίζοντα peregrina, à vulgi ſententiâ abhorrentia. F. ίσω. P. ἐξένικα. α. 1. ἐξένισα. præſ. paſſ. ξενίζομαι ἡ εται diverſor. item, re inſuetâ & peregrinâ percellor, 1 Petr. 4. 12. α. 1. paſſ. ἐξενίσθην ης η diverſatus ſum.*

Ξένιον ου τὸ *munus hoſpiti datum*, xenium, *item quodlibet munus.*

Ξένιος ου ὁ hoſpitalis, *hoſpitio excipiens.*

Ξενισμὸς οῦ ὁ novitas cibi & pabuli.

Ξενιτεία ας ἡ peregrinatio, *item* hoſpitium.

Ξενο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ξενοδοχέω ῶ hoſpitalis ſum, hoſpitio alios excipio. *ex* ξένος ου ὁ *peregrinus, &* δέχομαι *recipio. præt. med.* δέδοχα, *unde eſt* δοχὴ ῆς ἡ *convivium.*

Ξενολογέω ῶ colligo externos. *F.* ήσω. *a.* 1. ἐξενολόγησα. *P.* ἐξενολόγηκα.

Ξένος η ον peregrinus a um, *Hebr.* 13. 9. alienus *cum Gen. Eph.* 2. 12. *item ſubſtantive* ξένος ου ὁ hoſpes, *qui hoſpitio excipit, Rom.* 16. 23. *qui hoſpitio excipitur, Matth.* 25. 35.

Ξενοτροφέω ῶ peregrinos & hoſpites alo. (*ex* ξένος ου ὁ *hoſpes, vel peregrinus, &* τρέφω *alo.*) *Fut.* ήσω. *aor.* 1. ἐξενοτρόφησα. *Præt.* ἐξενοτρόφηκα.

Ξέστης ου ὁ *in Genit. pl.* ξεστῶν ſextarius, *urceolus, ex Latinâ voce* ſextus *originem trahens. nomen menſuræ, Marc.* 7. *v.* 4, 8.

Ξεστὸς ου ὁ politus, raſilis, lævis, *à* ξέω *rado.*

Ξηρὰ ᾶς ἡ arida *ſc. terra, Pſal.* 95. 5. *maſcul.* ξηρὸς, *vid. paulò pòſt.*

Ξηραίνω areſacio. *F.* ξηρανῶ. *P.* ἐξήραγκα. *a.* 1. *act.* ἐξήρανα. *præt. paſſ.* ἐξήραμμαι. *part. præt.* ἐξηραμμένος η ον. *a.* 1. *paſſ.* ἐξηράνθην ης η. *F.* 1. *paſſ.* ξηρανθήσομαι.

Ξηρασία ας ἡ ariditas, ſiccitas.

Ξηρὸς ὰ ὸν ſiccus a um. ξηρὰ ᾶς ἡ arida *ſc. terra, Hebraïſmus, Hebr.* 11. 29. *confer. Geneſ.* 1. 10. *vocatur etiam* οἰκουμένη ης ἡ *Hebr.* תֵּבֵל, *quia ſola arida inhabitari poteſt.*

Ξίφος εος τὸ gladius.

Ξυλάριον ου τὸ ſurculus, *parvum lignum.*

Ξύλινος η ον ligneus a um.

Ξυλοκόπος ου ὁ lignator, *putator lignorum, ex* κόπτω *ſcindo, ſeco, &* ξύλον *lignum.*

Ξύλον ου τὸ lignum, 1 *Cor.* 3. 12. fuſtis, *Matth.* 26. *v.* 55. *ex idiotiſmo Hebraïco* arbor, *Apoc.* 2. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

per metonym. materiæ crux, *Actor.* 5. 30. *numella*, *Actor.* 16. 24.

Ξυλοφορία ας ἡ portatio ligni, à

Ξυλοφόρος ου ὁ lignifer, calo. *ex* ξύλον *lignum &* φέρω *fero.*

Ξυλόω ῶ contigno, *ligno obtego. F.* ώσω. *a.* 1. ἐξύλωσα ας ε, 2 *Paral.* 3. 5. *P.* ἐξύλωκα.

Ξυνωρὶς *Atticè pro* συνωρὶς ίδος ἡ biga, *par equorum aut mulorum currum trahentium.* à συνείρω *connecto.*

Ξυράω ῶ rado, tondeo. (à ξυρὸς οῦ ὁ *novacula, culter tonſorius,* à ξύω *rado pro* ξέω) *præſ. paſſ.* ξυράομαι ῶμαι tondeor. *præſ. infin.* ξυρᾶσθαι *tonderi. P. paſſ.* ἐξύρημαι, *unde eſt part.* ἐξυρημένος η ον *tonſus a um,* 1 *Cor.* 11. 5. *a.* 1. *med.* ἐξυρησάμην ω ατο *raſi, totondi. a.* 1. *med. ſubj.* ξυρήσωμαι η ηται ωνται.

Ξύρησις εως ἡ raſura, tonſura.

Ξυρὸν οῦ τὸ &

Ξυρὸς οῦ ὁ novacula, *culter tonſorius, Num.* 6. *v.* 5. à ξύω *rado.*

Ξυστὸς οῦ ὁ *ſubſtantiv.* haſta, locus athletarum, *porticus, veſtis muliebris. adj.* raſus, raſilis.

Ξύω *pro* ξέω, rado, polio, attero. *F.* ύσω. *a.* 1. ἔξυσα. *P.* ἔξυκα. *P. paſſ.* ἔξυσμαι.

O.

Ὁ Ἡ τὸ *articuli præpoſitivi* der die das. *Dicuntur præpoſitivi, quod nominibus & participiis præponantur, vel expreſſis, vel ſubintellectis, ut* ἡ σήμερον *ſcil.* ἡμέρα, *Luc.* 17. 24. ἐκ τοῦ ὑπ' οὐρανὸν *ſcil.* χώρας, *Matth.* 6. 9. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς *ſcil.* ὤν. *Rom.* 11. 4. τῇ Βαὰλ *ſcil.* εἰκόνι. τὸ *eleganter abſolutè ponitur, & verti poſſet* nempe illud, *vel* quod attinet, *Luc.* 22. 23.

præ-

præponitur etiam adverbiis, ut τὸ καθόλου, τὸ καθημέραν.

Ὀβελίσκος ου ὁ obeliſcus, *veruculum, Diminut. ab* ὀβελὸς οῦ ὁ *veru.*

Ὀβολὸς οῦ ὁ obolus, *ſexta pars drachmæ.*

Ὀγδοήκοντα οἱ αἱ τὰ octoginta. ἄκλιτον.

Ὀγδοηκοστὸς οῦ ὁ ἡ octuageſimus a.

Ὄγδοος η ον octavus a um. *ab* ὀκτώ.

Ὀγκόω ῶ tumefacio, diſtendo. *F.* ώσω. *a.* 1. ὤγκωσα. *P.* ὤγκωκα. *P. paſſ.* ὤγκωμαι.

Ὄγκος ου ὁ tumor, *item* gravitas, pondus.

Ὅδε ἥδε τόδε hic hæc hoc, *Luc.* 10. *v.* 39. & *c.* 16. *v.* 25.

Ὁδεύω iter facio, (*idem quod* ὁδὸν ποιῶ, *quæ phraſis legitur Marc.* 2. 23.) *F.* εύσω. *P.* ὥδευκα.

Ὁδηγέω ῶ per viam duco, *ſum dux itineris. F.* ήσω. *Ioan.* 16. 13. *P.* ὡδήγηκα. *a.* 1. ὡδήγησα. *ab*

Ὁδηγὸς οῦ ὁ ἡ dux viæ. *ex* ὁδὸς οῦ ἡ *via,* & ἄγω *duco.*

Ὁδοιπορέω ῶ iter facio, *viam emetior. ex* ὁδὸς *via* & πόρος ου ὁ *meatus, à P. med.* πέπορα *tranſivi, penetravi, à Them.* πείρω *pertranſeo.*

Ὁδοιπορία ας ἡ iter, profectio, *ab*

Ὁδοιπόρος ου ὁ viator.

Ὁδοποιέω ῶ viam facio, *aditum aperio, viam ſterno. F.* ήσω. *a.* 1. ὡδοποίησα. *P.* ὡδοποίηκα.

Ὁδὸς οῦ ἡ via. ὁδὸς σαββάτου *via ſabbati, h. e. iter bis mille paſſuum,* ſecta, *Actor.* 9. 2.

Ὀδοὺς όντος ὁ dens, *Matth.* 22. 13.

Ὀδυνάω ῶ dolore afficio. *Fut.* ήσω. *P.* ὠδύνηκα. *præſ. paſſ.* ὀδυνάομαι ῶμαι. crucior. *in* 2. *perſ. ſing. præſ. paſſiv.* ὀδυνᾶσαι *cruciaris, torqueris; contractum, pro* ὀδυνάεσαι, *ad formam verborum in* μι ἵσταμαι ἵστασαι. *Regulariter diceretur* ὀδυνᾷ, *ad formam* τιμᾷ, *Luc.* 16. 25.

Ὀδύνη ης ἡ cruciatus, *dolor vehemens.*

Ὀδυνηρὸς οῦ ὁ dolorem afferens, *doloroſus.*

Ὀδύρομαι lamentor, ploro, *defleo. F.* οῦμαι. *P.* ὤδυρμαι. *Hinc*

Ὀδυρμὸς οῦ ὁ ejulatus, *lamentatio.*

Ὄζος ου ὁ nodus arboris, ramus, *ab* ἕζομαι *ſedeo.*

Ὄζω oleo. *F.* ὀζήσω, & ὀζέσω. *P.* ὤζηκα. *præt. med.* ὦδα, & *Attice* ὄδωδα.

Ὅθεν unde, *adverb. loci. item* quam ob cauſam, *Actor.* 26. 19.

Ὀθόνη ης ἡ linteum majus, *item* velum nauticum. *affine Chaldaïco* אתונא *atunà.*

Ὀθόνιον ου τὸ *diminutivum*, linteolum, *linteum minus.*

Οἰκεῖος εία εῖον domeſticus a um. *item* proprius. οἱ οἰκεῖοι domeſtici, *Gal.* 6. 10.

Οἰκειότης ητος ἡ familiaritas, *cognatio.*

Οἰκέτης ου ὁ domeſticus, *item* ſervus, *Luc.* 16. 13. οἰκέτις ιδος ἡ *domeſtica.*

Οἰκετία ας ἡ familia.

Οἰκέω ῶ habito. *F.* ήσω. *P.* ᾤκηκα. *a.* 1. ᾤκησα. *præſ. paſſ.* οἰκέομαι οῦμαι *incolor. part. præſ. paſſ.* οἰκεόμενος ούμενος, οἰκεομένη & *contractè* οἰκουμένη ης ἡ *orbis terrarum habitabilis.* (οἰκουμένη *ſcil.* γῆ *terra quæ incolitur, inhabitatur. Bona enim pars terræ aquis tecta non incolitur.*) *vide infra.*

Οἴκημα τος τὸ habitaculum, *item* carcer.

Οἴκησις εως ἡ domus, *pl. nom.* οἰκήσεις αἱ *penates.*

Οἰκητήριον ου τὸ domicilium.

Οἰκητὸς οῦ ὁ ἡ habitabilis.

Οἰκήτωρ ορος ὁ habitator, incola.

Οἰκία ας ἡ domus. οἰκίαι ῶν αἱ facultates *per metonymiam ſubjecti, Luc.* 20. 47.

Οἰκιακὸς ἡ ὸν domeſticus a um. *ab* οἰκία, *Matth.* 10. 36. οἱ οἰκιακοὶ *domeſtici.*

Οἰκίδιον ου τὸ domuncula. *Diminut. ab* οἰκία.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Οἰκίζω domum conſtruo. *item* habito, habitare facio. *F.* ίσω. *a.* 1. ᾤκισα ας. *P.* ᾤκικα.

Οἰκίσκος ου ὁ domuncula, cellula. *item* avium cavea.

Οἰκογενὴς έος ὁ ἡ famulus, domi natus.

Οἰκοδεσποτέω ῶ domum adminiſtro. *F.* ήσω. *P.* ᾠκοδεσπότηκα, *ab*

Οἰκοδεσπότης ου ὁ *q. d.* δεσπότης τοῦ οἴκου herus, *pater familias.* οἰκοδέσποινα ης ἡ hera, *mater familias.*

Οἰκοδομέω ῶ ædifico. *item* doceo, emendo. (*ab* οἰκοδόμος *vid. paulò poſt.*) *F.* ήσω. *P.* ᾠκοδόμηκα. *a.* 1. *act.* ᾠκοδόμησα. *præſ. paſſ.* οἰκοδομέομαι οῦμαι. *præt. paſſ.* ᾠκοδόμημαι. *pluſq. perf. paſſ.* ᾠκοδομήμην σο το, *Luc.* 4. 29. *a.* 1. *paſſ.* ᾠκοδομήθην ης η. *Fut.* 1. *paſſ.* οἰκοδομηθήσομαι *inſtruar. accipitur in malam partem*, 1 *Cor.* 8. *verſ.* 10.

Οἰκοδομὴ ῆς ἡ ædificium, ſtructura. *item* emendatio.

Οἰκοδομία ας ἡ *ædificatio.* incrementum in cognitione Dei, 1 *Tim.* 1. 4.

Οἰκοδόμος ου ὁ ædificator, ædium extructor. *ex* οἶκος ου ὁ *domus &* δόμος. *à* δέμω, *in præt. med.* δέδομα. *extruo, ædifico.*

Οἰκονομέω ῶ ſum diſpenſator. *F.* ήσω. *P.* ᾠκονόμηκα.

Οἰκονομία ας ἡ diſpenſatio, *villicatio.*

Οἰκονόμος ου ὁ diſpenſator, 1 *Petr.* 4. 10. *ex* οἶκος ου ὁ *domus, &* νέμω *paſco, tribuo, rego, quæ ſignificationes omnes conveniunt. F.* νεμῶ. *a.* 1. ἔνειμα. *P. act.* νενέμηκα. *præt. med.* νένομα.

Οἰκόπεδον ου τὸ *locus circa domum*, area ædificii.

Οἶκος ου ὁ domus, *familia.*

Οἰκουμένη ης ἡ (*ſubaudi* γῆ) terra habitabilis. *Scilicet terra in duas dividitur partes, in habitabilem, quæ alias dicitur* ξηρὰ *ſicca, arida; & non habitabilem, nempe maribus ſeu aquis tectam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Οἰκουρὸς ου ὁ ἡ domi manens, *propriè, domus cuſtos. q. d.* οὖρος τοῦ οἴκου. οὖρος ου ὁ *cuſtos. q.* ὦρος, *Dorice* ὤρα ας ἡ *cura.*

Οἰκτείρημα τος τὸ miſeratio, *commiſeratio, à præt. paſſ.* ᾠκτείρημαι, *verbi*

Οἰκτείρω commiſereor. *Fut.* οἰκτειρήσω. *a.* 1. *act.* ᾠκτείρησα. *præt. act.* ᾠκτείρηκα, *tanquam ab* οἰκτειρέω. *Them.* οἶκτος ου ὁ *miſericordia.*

Οἰκτιρίζω miſereor.

Οἰκτιρμὸς οῦ ὁ commiſeratio.

Οἰκτίρμων ονος ὁ ἡ miſericors.

Οἴκτιστος ου ὁ miſerrimus.

Οἶκτος ου ὁ miſericordia.

Οἰκτρὸς ὰ ὸν miſerabilis e.

Οἴμοι hei mihi. *adv. dolentis.*

Οἰνάνθη ης ἡ flos vitis, *fructus vitis ſylveſtris.*

Οἰνοποτέω ῶ vinum poto. *F.* ήσω. *a.* 1. *act.* ᾠνοπότησα. *P.* ᾠνοπότηκα. *ab*

Οἰνοπότης ου ὁ vini potor. *ex* οἶνος ου ὁ *vinum, &* πότης ου ὁ *potor, bibax. Th.* πίνω *bibo.*

Οἶνος ου ὁ vinum.

Οἰνοφλυγέω ῶ inebrior, vino ferveo. *F.* ήσω. *a.* 1. *act.* ᾠνοφλύγησα. *P.* ᾠνοφλύγηκα. *item*

Οἰνοφλυγία ας ἡ vinolentia, *compotatio. à nomine* οἰνόφλυξ υγος ὁ ἡ *qui vel quæ vino bullit*, vinoſus a *ex* οἶνος ου ὁ *vinum, &* φλύω *vel* φλύζω *bullio, nugor, vel* φλύσσω *eructo. F.* φλύξω. *P.* πέφλυχα.

Οἰνοχόη ης ἡ cyathus, *poculum. ab*

Οἰνοχόος ου ὁ pocillator, pincerna. *ab* οἶνος *vinum &* χέω *fundo.*

Οἰνοχοῶν όντος ὁ pincerna. *ab* οἰνοχοέω ῶ vinum fundo.

Οἰνόω ῶ ebrio, inebrio. *F.* ώσω. *P.* ᾤνωκα. *aor.* 1. ᾤνωσα.

Οἴομαι *vel* οἶμαι opinor, exiſtimo. (*Them.* οἴω *puto,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

puto, quod verbum Poëtis uſitatum eſt.) præſ. imperat. οἴου οἰέσθω, *Iacob.* 1. 7. *F.* οἰήσομαι. *præt. paſſ.* ᾤημαι *putavi. a.* 1. *paſſ.* ᾠήθην. *format tempora ab inuſitato* οἰέομαι.

Οἷος οἵα οἷον qualis e. *item pro* δυνατὸς potens, poſſibilis, *Rom.* 9. 6. οὐχ οἷον ἦ, *pro* οὐ δυνατὸν ἦ, *non poſſibile erat.*

Οἰφὶ epha, *menſura apud Hebræos.*

Οἴχομαι abeo, diſcedo, proficiſcor. *F.* οἰχήσομαι. *P.* ᾤχημαι. *q. ab* εἴκω cedo. *Hinc* οἴχομαι morior & οἱ οἰχόμενοι οἱ νεκροὶ mortui.

Οἰωνίζομαι auguror. *F.* οἰωνίσομαι. *a.* 1. *med.* ᾠωνισάμην. *P. paſſ.* ᾠώνισμαι. *Hinc*

Οἰώνισμα τος τὸ &

Οἰωνισμὸς οῦ ὁ augurium.

Οἰωνόβρωτος ου ὁ ἡ ab avibus comeſtus. *ex* οἰωνὸς *οῦ ὁ avis &* βρώσκω *edo.*

Οἰωνὸς οῦ ὁ avis, avis carnivora.

Ὀκλάζω ingeniculo, in genua procumbo. *F.* άσω. *a.* 1. ὤκλασα. *P.* ὤκλακα.

Ὀκνέω ῶ cunctor, tergiverſor, laborem ſuſcipere detrecto. *ab* ὄκνος ου ὁ pigritia, metus adeundi laboris (*ab* οὐ κινεῖν non moveré.) *F.* ήσω. *P.* ὤκνηκα. *a.* 1. ὤκνησα. *a.* 1. *infin.* ὀκνῆσαι.

Ὀκνηρία ας ἡ pigritia.

Ὀκνηρὸς οῦ ὁ cunctator, timidus. *in n. g.* ὀκνηρὸν moleſtum, tædioſum, *Philip.* 3. 1.

Ὀκταήμερος ου ὁ ἡ octo dies natus, περιτομῇ, *in circumciſione. item*, quod fit octavo die, *q. d.* octavæ diei. *ex* ὀκτὼ & ἡμέρα *dies*, *Phil.* 3. *verſ.* 5.

Ὀκτακισχίλιοι αι α octies mille.

Ὀκτακόσιοι αι α octingenti æ a.

Ὀκτάπηχυς εος ὁ ἡ octo cubitorum. *ex* πῆχυς εως ὁ cubitus, & ὀκτὼ octo.

Ὀκτὼ octo οἱ αἱ τά. ἄκλιτον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὀκτωκαίδεκα octodecim, ex ὀκτὼ octo, & δέκα decem. *Hinc*
Ὀκτωκαιδέκατ☉ ου ὁ decimus octavus.
Ὄλβ☉ ου ὁ felicitas, opes, *q.* ὅλ☉ βί☉ tota vita.
Ὀλέθρι☉ ου ὁ ἡ exitialis, pernicioſus a. *à nom.*
Ὄλεθρ☉ ου ὁ interitus, exitium, pernicies, *à Them.* ὄλλυμι *ſive* ὀλλύω *perdo. vid. paulò pòſt.*
Ὀλέκω pereo, perdo. *F.* έξω. *a.* 1. ὤλεξα. *P.* ὤλεχα.
Ὀλέω *vide* ὄλλυμι.
Ὀλλυχνία ας ἡ *Zachar.* 4. *v.* 2. *Potius ſeparatim* ὅλη λυχνία.
Ὀλιγόβι☉ ου ὁ ἡ parumper vivens, minùs durabilis, *ex* ὀλίγ☉ *paucus &* βί☉ ου ὁ *vita.*
Ὀλιγόπιϛ☉ ου ὁ ἡ exiguâ fide præditus. *ex* ὀλίγ☉ η ον paucus, & πίϛις εως ἡ fides.
Ὀλιγοποιέω ῶ ad paucitatem redigo, *Sirach.* 48. 2.
Ὀλίγ☉ η ον parvus a um. ὀλίγον *adverbium* parum. ἐν ὀλίγῳ *propemodum, parum abeſt, quin, Actor.* 26. 29. δι' ὀλίγων ἔγραψα *paucis ſcripſi,* 1 *Petr.* 3. 12.
Ὀλιγοϛὸς ου ὁ pauciſſimus, valde exiguus. *ab* ὀλίγ☉. *qui ad quantitatem diſcretam non pertinet.*
Ὀλιγότης ητ☉ ἡ paucitas.
Ὀλιγοχρόνι☉ ου ὁ momentaneus, parvo tempore durans. *ex* ὀλίγ☉ *parvus &* χρόν☉ ου ὁ *tempus.*
Ὀλιγοψυχέω ῶ puſillanimus ſum. *F.* ήσω. *a.* 1. ὠλιγοψύχησα. *P.* ὠλιγοψύχηκα. &
Ὀλιγοψυχία ας ἡ puſillanimitas. *ab*
Ὀλιγόψυχ☉ ου ὁ ἡ puſillanimus a. *ex* ὀλίγ☉ η ον exiguus a um. & ψυχὴ ῆς ἡ anima.
Ὀλιγωρέω ῶ negligo. *cum Genit. Hebr.* 12. 5. *à nomine* ὀλιγωρὸς ου ὁ ἡ negligens, *quod eſt ex* ὀλίγ☉ η *exiguus a,* & ὤρα *cura, vel* ὠρέω *curo, quem nulla afficit cura, diſſolutus, piger.*

Ὀλι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὀλισθαίνω labor, cado. F. *ήσω. a.* 1. *ὠλίσθησα. P. ὠλίσθηκα. a.* 2. *ὤλισθον. præt. med. ὤλισθα. P. paſſ. ὠλίσθημαι. Hinc*

Ὀλίσθημα τος τὸ caſus, lapſus.

Ὀλισθηρὸς οῦ ὁ ἡ lubricus, inconſtans.

Ὁλκὴ ῆς ἡ tractio, *inclinatio, pondus inclinatum, à Them. ἕλκω trahо.*

Ὅλκιον ου τὸ pelvis, *vas æreum.*

Ὄλλυμι *vel* ὀλλύω perdo, *perniciem affero. F. έσω. a.* 1. *ὤλεσα. P. ὤλεκα & Atticè ὀλώλεκα.*

Ὅλμος ου ὁ mortarium. *item* corporis truncus.

Ὀλοθρεύσις εως ἡ exterminatio, extirpatio, vaſtatio.

Ὀλοθρευτὴς οῦ ὁ exterminator. *Hebraïcè* מַשְׁחִית *h. e.* perdens, vaſtans.

Ὀλοθρεύω (*pro ὀλεθρεύω ab ὄλεθρος vide paulò ante*) exitium affero, vaſto, perdo. *F. εύσω. P. ὠλόθρευκα. præt. paſſ. ὠλόθρευμαι σαι ται.*

Ὁλοκαρπόω ῶ in ſacrificium comburo. *F. ώσω. a.* 1. *ὡλοκάρπωσα. P. ὡλοκάρπωκα. P. paſſ. ὡλοκάρπωμαι σαι ται. Nam καρποῦν ſignificat partem victimæ adolere ſive igne comburere. Hinc κάρπωμα illud quod de hoſtia comburitur. Hebr.* אִשֶּׁה *in Levitico ſæpe. Hinc*

Ὁλοκάρπωμα τος τὸ ſacrificium, holocauſtum. *quod etiam ſimpliciter κάρπωσις & κάρπωμα.*

Ὁλοκάρπωσις εως ἡ holocauſtum.

Ὁλόκαυτος ου ὁ ἡ totus combuſtus, *pro ὁλόκαυστος.*

Ὁλοκαύτωμα τος τὸ victima ſeu hoſtia, quæ tota comburebatur, holocauſtum. *item*

Ὁλοκαύτωσις εως ἡ *idem quod ὁλοκαύτωμα. à verbo ὁλοκαυτόω ῶ totum comburo, cremo. F. ώσω. Præt. ὡλοκαύτωκα. præt. paſſiv. ὡλοκαύτωμαι. Dicitur vero ὁλοκαυτόω pro ὁλοκαυστόω, per ſyncopen literæ σίγμα, δυσφωνίας ἕνεκα, à nomine ὁλόκαυστον ου τὸ, quod eſt genus ſacrificii,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

ubi hoſtia tota cremabatur, ex ὅλ☉ *totus &* καυστὸν *combuſtum.* καυστὸς ἡ ὸν *combuſtus a um. à Them.* καίω *uro, comburo. F.* καύσω. *P.* κέκαυκα. *P. paſſ.* κέκαυμαι σαι ται.

Ὁλοκληρία ας ἡ integritas, *Actor.* 3. 16.

Ὁλόκληρ☉ ου ὁ ἡ *propriè*, hæres ex aſſe, *ſeu potius, qui omnia poſſidet, quæ ſortitò ei obtigerunt. item per ſyn. ſpeciei* integer, totus. *ex* ὅλ☉ η ον *totus, &* κλῆρ☉ ου ὁ *ſors, ſortitio,* 1 *Theſſ.* 5. *v.* 23. *Iac.* 1. 4.

Ὀλολυγμὸς οῦ ὁ ejulatus, *vociferatio gemibunda, à præt. paſſ.* ὠλόλυγμαι, *verbi*

Ὀλολύζω ejulo, ploro, ululo. *F.* ὀλολύξω. *a.* 1. ὠλόλυξα. *a.* 1. *imperat.* ὀλόλυξον άτω ατε. *P.* ὠλόλυχα. *factum* κατ᾽ ὀνοματοποιΐαν.

Ὁλοπόρφυρ☉ ου ὁ ἡ totus purpureus. *ex* ὅλ☉ totus *&* πορφύρα ας ἡ purpura. *vid. infrà.*

Ὁλόῤῥιζ☉ ου ὁ ἡ radicitus, *cum totâ radice. ab* ὅλ☉ *totus &* ῥίζα ης ἡ *radix.*

Ὅλ☉ η ον totus a um.

Ὁλοσφύρατ☉ ου ὁ ἡ ſolidus a, *non conflatus.*

Ὁλοσχερῶς planè, integrè, *ab* ὁλοσχερὴς έ☉ ὁ ἡ *integer.*

Ὁλοτελὴς έ☉ ὁ ἡ totus a. *ex* ὅλ☉ *totus, &* τελέω ῶ *ad finem perduco, abſolvo, q. d. perfectus,* 1 *Theſſ.* 5. 23.

Ὀλύμπι☉ ου ὁ ἡ cœleſtis, *admirandus, ab* Ὄλυμπ☉ ου ὁ Olympus, *Theſſaliæ mons, quæ vox & pro cælo ponitur, & ſic dicitur q.* ὁλολαμπὴς *totus ſplendens, à* λάμπω *ſplendeo.*

Ὄλυνθ☉ ου ὁ groſſus, *ficus immatura.*

Ὄλυρα ας ἡ olyra, *frumenti ſpecies, item* far, ador.

Ὀλυρίτης ου ὁ panis ex olyra, 1 *Reg.* 19. 6.

Ὅλως omnino, *adverb.*

Ὁμαλίζω explano, lævigo, *expolio, adæquo.*

F. ίσω.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

F. ίσω. a. 1. ὡμάλισα. P. ὡμάλικα. *præt. paſſ.* ὡμάλισμαι. *Hinc*

Ὁμαλισμὸς ȣ̃ ὁ æqualitas.

Ὁμαλὸς ȣ̃ ὁ planus, *lævis, æquabilis.*

Ὄμβρημα τος τὸ imber.

Ὄμβρος ȣ ὁ imber, *Luc.* 12. 54.

Ὅμηρον ȣ τὸ pignus, *quod eſt vice obſidis.*

Ὁμιλέω ῶ colloquor, *cum Dat. imperf.* ὡμίλεον ȣν. F. ήσω. P. ὡμίληκα. *aor.* 1. ὡμίλησα. *part. a.* 1. ὁμιλήσας αντος ὁ.

Ὁμιλία ας ἡ commercium, converſatio, colloquium. *ab*

Ὅμιλος ȣ ὁ turba, *Apoc.* 18. 17. *cœtus.*

Ὁμίχλη & ὀμίχλη ης ἡ nebula, caligo.

Ὁμιχλόω ῶ nebula intego, obſcuro.

Ὄμμα τος τὸ oculus, *ab* ὄπτω *pro quo uſitatum eſt* ὄπτομαι. *F.* ὄψομαι. *præt. paſſ.* ὦμμαι.

Ὀμνύω *vel* ὄμνυμι juro. *Fut.* ὀμόσω. *Fut.* 2. *med.* ὀμοῦμαι ῇ ὀμεῖται. *P.* ὤμοκα, & *Attice* ὀμώμοκα. *a.* 1. *act.* ὤμοσα. *a.* 1. *act. ſubj.* ὀμόσω ῃς ῃ. *part. a.* 1. ὀμόσας αντος ὁ. *mutuatur ſua tempora ab inuſitato* ὀμόω.

Ὁμοεθνὴς έος ὁ ἡ gentilis, popularis, *conterraneus a, ejuſdem gentis, ex* ὁμὸς *unus, vel ſimilis, &* ἔθνος εος τὸ *gens, populus.*

Ὁμοθυμαδὸν *adverb.* concorditer, *uno animo. ab* ὁμόθυμος ȣ ὁ ἡ *unanimis, concors. ex* ὁμὸς *ſimilis, idem, &* θυμὸς ȣ̃ ὁ *animus, cui idem eſt animus.*

Ὁμοιάζω ſimilis ſum. *F.* άσω. *P.* ὡμοίακα.

Ὁμοιοπαθὴς έος ὁ ἡ iiſdem affectibus obnoxius a. ὅμοιος *ſimilis, &* πάθος εος τὸ (*quod eſt à* πάσχω *patior*) *affectus, Actor.* 14. 15.

Ὅμοιος οία οιον ſimilis e. *ab* ὁμὸς ἡ ὸν *ſimilis.*

Ὁμοιότης ητος ἡ ſimilitudo.

Ὁμοιόω ῶ aſſimilo, *comparo ſimiliter. Fut.* ώσω.

P. ὡμοίω-

P. ὡμοίωκα. a. 1. ὡμοίωσα. a. 1. *ſubj.* ὁμοιώσω ῃς ῃ μδμ. *præt.paſſ.* ὡμοίωμαι. a. 1. *paſſ.* ὡμοιώθlω. a. 1. *paſſ.ſubj.* ὁμοιωθῶ ῇς ῇ. a. 1. *paſſ. infin.* ὁμοιωθlῶαι. *part.* a. 1. *paſſ.* ὁμοιωθεὶς ἐντ@ ὁ, *ab* ὅμοι@ *ſimilis.*

Ὁμοίωμα τ@ τὸ ſimilitudo.

Ὁμοίως *adv.* ſimiliter.

Ὁμοίωσις εως ἡ *propriè, ipſa aſſimilatio,* ſimilitudo.

Ὁμολογέω ῶ confiteor. *F.* ήσω. *a.* 1. ὡμολόγησα. *P.* ὡμολόγηκα. *conſtruitur cum Accuſ. Rom.* 10. *v.* 9. *Notetur ſyntaxis, Matth.* 10. 32. *eſt Hebraïſmus.* profiteor *cum Dativ. Matth.* 7. 23. *cum Dativo interveniente præpoſitione* ἐν. *Abſolutè ſine caſu, Tit.* 1. 6. ſpondeo, *Matth.* 14. 7.

Ὁμολογία ας ἡ confeſſio, *ab* ὁμολόγ@ ȣ ὁ *iiſdem verbis utens, conſentiens. ex* ὁμὸς ȣ ὁ *ſimilis, idem, &* λόγ@ ȣ ὁ *verbum. Them.* λέγω *dico.*

Ὁμολογȣμδμως *adverb.* ſine controverſiâ. *quod omnes verum eſſe fatentur. ortum ex part. præſ. paſſ.* ὁμολογούμδμ@ ȣμδμ@.

Ὁμολόγως *adv.* concorditer, *unanimi conſenſu.*

Ὁμομήτρι@ ȣ ὁ eâdem matre natus. *ex* ὁμὸς *unus &* μήτηρ *mater.*

Ὁμονοέω ῶ conſentio, concordo. *F.* ήσω. *a.* 1. *act.* ὡμονόησα *P.* ὡμονόηκα. ex ὁμῶς *ſimiliter &* νοέω ῶ *intelligo, de quo ſupra.*

Ὁμόνοια ας ἡ concordia, *conſenſus.*

Ὁμοπάτρι@ ȣ ὁ eodem patre genitus, *eundem obtinens patrem, ex* ὁμὸς *unus &* πατὴρ *pater.*

Ὁμορέω ῶ confinio, confinis ſum. *F.* ήσω. *a.* 1. ὡμόρησα. *P.* ὡμόρηκα. *ab adject.*

Ὅμορ@ ȣ ὁ ἡ finitimus, *confinis, affinis, amicus.*

Ὁμότεχν@ ȣ ὁ ἡ qui eſt ejuſdem artificii. *ex* ὁμὸς ἡ ὸν *ſimilis, &* τέχνη ης ἡ *ars.*

Ὁμȣ̃ ſimul. *adverb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὁμόφρων ονος ὁ ἡ concors. *ex ὁμὸς ἡ ſimilis, & φρὴν φρενὸς ἡ mens, animus.*

Ὁμόφυλος ου ὁ ἡ contribulis. *ex eâdem tribu oriundus, ex ὁμὸς ἡ unus a, & φυλὴ ῆς ἡ tribus.*

Ὁμόψηφος ου ὁ ἡ ejuſdem ſententiæ, *& ejuſdem ſuffragii, ex ὁμὸς ἡ ſimilis & ψῆφος ου ἡ calculus. item per meton. ſuffragium.*

Ὀμόω ῶ juro. *Fut.* ώσω. *a.* 1. ὤμωσα. *P.* ὤμωκα. *a.* 1. *ſubj.* ὀμώσω ῃς ῃ. *a.* 1. *infin.* ὀμῶσαι.

Ὀμφακίζω ſum acerbus (*ab* ὄμφαξ ακος ὁ ἡ *uva acerba.*) *F.* ίσω. *a.* 1. ὠμφάκισα. *P.* ὠμφάκικα.

Ὀμφαλὸς ου ὁ umbilicus, *à verbo* ὀμπνέω *pro* ἀναπνέω *reſpiro, quia per umbilicum infans in utero reſpirat. potius à verbo* ἀμφιελίσσω *circumvolvo, quia úmbilicus id cavum in ventre eſt, ubi inteſtina circumvolvi incipiunt.*

Ὄμφαξ ακος ὁ ἡ uva acerba, immatura: *item quivis fructus immaturus.*

Ὁμώνυμος ου ὁ ἡ *idem nomen obtinens*, cognominis. *ex* ὁμὸς ἡ ὸν *ſimilis e, &* ὄνομα τος τὸ *nomen.*

Ὅμως tamen, *conjunct. diſcretiva,* ὅμως μέντοι *tamen, veruntamen, Ioan.* 12. 42.

Ὄναγρος ου ὁ onager, *q. d.* ὄνος ἄγριος *aſinus ſylveſtris.*

Ὄναρ τὸ ἄκλιτον ſomnium, κατ' ὄναρ *in ſomnio.*

Ὀνάριον ου τὸ aſellus, *diminutivum ab* ὄνος ου ὁ *aſinus.*

Ὀνειδίζω exprobro, *convicia in aliquem evomo,* convicior. *imperf.* ὠνείδιζον. *F.* ίσω. *P.* ὠνείδικα. *a.* 1. ὠνείδισα. *a.* 1. *ſubj.* ὀνειδίσω ῃς ῃ. *præſ. paſſ.* ὀνειδίζομαι *conviciis laceror, proſcindo. P. paſſ.* ὠνείδισμαι, *unde fiunt*

Ὀνείδισμα τος τὸ &

Ὀνειδισμὸς ου ὁ convicium, *probrum.*

Ὄνειδος εος τὸ probrum.

Ὄνειρος ου ὁ ſomnus, *& ſomnium, ab* ὄναρ.

Ὄνημι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὄνημι juvo, proſum, *cum Acc. F.* ὀνήσω. *a.* 1. ὤνησα. *P.* ὤνηκα. *præſ. paſſ.* ὄνημαι *ſive* ὄναμαι *juvor*, fructum conſequor, fruor, *cum Genitiv. F.* 1. *med.* ὀνήσομαι. *a.* 1. *med.* ὠνησάμην ω ατο. *a.* 1. *med. opt.* ὀνησαίμην αιο αιτο *& contractè* ὀναίμην αιο αιτο, *Philem. v.* 20.

Ὀνικὸς ἡ ὸν aſinarius a um, *ab* ὄνος *aſinus, Matth.* 18. *v.* 6.

Ὀνοκένταυρος ου ὁ onocentaurus *animal.*

Ὄνομα (*vel* ὄνυμα) τος τὸ nomen. κατ' ὄνομα *nominatim.* τοὔνομα *nomine, Matth.* 27. 57. *contractum pro* τὸ ὄνομα. perſona, *Actor.* 1. *v.* 15. *&* 4. 12.

Ὀνομάζω nomino. *F.* άσω. *P.* ὠνόμακα. *præſ. paſſ.* ὀνομάζομαι *nominor. præt. paſſ.* ὠνόμασμαι. *a.* 1. *paſſ.* ὠνομάσθην ης η.

Ὀνομασία ας ἡ nominatio, *appellatio.*

Ὀνομαστὸς ου ὁ ἡ clarus a, nominatus a, *celebris.*

Ὀνοματογραφία ας ἡ nomenclatura, *nominum ſcriptura. ab* ὄνομα *nomen &* γράφω *ſcribo.*

Ὄνος ου ὁ ἡ aſinus a. *ab* ὄνημι *juvo, de quo paulò antè.*

Ὄντως vere. *q. d. enter. à part. præſ.* ὢν ὄντος ὁ *ens. Th.* εἰμὶ *ſum.*

Ὄνυξ υχος ὁ unguis, uncus, *item* onyx *gemma.*

Ὀνυχίζω ungues facio, *divido ungulam penitus. item* reſeco ungues. *F.* ίσω. *a.* 1. ὠνύχισα. *P.* ὠνύχικα.

Ὀνύχιον ου τὸ unguiculus, *item lapis* onychinus.

Ὀνυχιστὴρ fiſſura ungularum, *Levit.* 11. 3. 26.

Ὀξέως *adverb.* celeriter, *velociter, acute. ab* ὀξὺς *velox.*

Ὄξος εος τὸ acetum.

Ὀξυγράφος ου ὁ ἡ celeriter ſcribens. *ex* ὀξὺς *celer &* γράφω *ſcribo.*

Ὀξύ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὀξύθυμος ου ὁ ἡ iratus, animo præceps, *ad iram velox. ex ὀξὺς velox & θυμὸς animus.*

Ὀξυντῆρες *in acutum deſinentia ferramenta.*

Ὀξὺς εῖα ὺ velox, acutus a um. ὀξυνῶ *acuo, acutum reddo. F.* ὀξυνῶ. *a.* 1. ὤξυνα. *P.* ὤξυγκα.

Ὀξύτης ητος ἡ acumen, *celeritas, acrimonia.*

Ὀπαδὸς οῦ ὁ aſſecla, *ab* ὀπάζω *perſequor, comitem do.*

Ὀπὴ ῆς ἡ caverna, foramen. *ab* ὄπτω *video. Per foramen videre poſſumus.*

Ὁπηνίκα quando, *compoſ. ex* ὅπου *ubi &* ἡνίκα *quando.*

Ὀπήτιον ου τὸ ſubula. *à nomine* ὀπὴ *foramen. efficit namque foramina.*

Ὄπιθεν retrò, pone, ex adverſo. *adverb.*

Ὀπίσθιος ου ὁ ἡ poſterior, *à tergo ſequens.*

Ὀπισθίως poſt, retrorſum.

Ὀπισθότονος ου ὁ in adverſum tendens.

Ὀπισθοφανῶς retrorſum, adverſum.

Ὀπίσω & ὄπισθεν, à tergo, poſt, *cum Genit. adv. item ſine caſu* retrorſum. τὰ ὀπίσω. *ſcilic.* ὄντα, *quæ retro ſunt.*

Ὁπλὴ ῆς ἡ ungula, *munimentum pedis animalium.*

Ὁπλίζω armo. *F.* ίσω. *P.* ὥπλικα. *præſ. paſſiv.* ὁπλίζομαι armor. *a.* 1. *med.* ὡπλισάμην ω ατο. *a.* 1. *med. imperat.* ὅπλισαι άσθω ασθε.

Ὁπλίτης ου ὁ armatus, *miles armis indutus.*

Ὁπλοδοτέω ῶ arma diſtribuo.

Ὁπλοθήκη ης ἡ armamentarium, *locus ubi arma reponuntur. ex* ὅπλον ου τὸ *arma &* θήκη ης ἡ *vagina. à* τίθημι *pono.*

Ὁπλολογέω ῶ arma lego *ſive colligo.*

Ὁπλομάχος ου ὁ ἡ bellator armatus, *qui armis pugnat. ex* ὅπλον *arma &* μάχη *pugna.*

Ὅπλον ου τὸ, ὅπλα ων τὰ arma, 2 *Cor.* 10. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὁπλοφόρος ου ὁ armifer, *armatus. ex ὅπλον arma & φέρω fero.*

Ὁποῖος οία οῖον qualis, *idem quod οἷος, citra interrogationem.*

Ὁπότε quando, *citra interrogationem, adv. idem quod ὅτε.*

Ὅπου ubi ἀόριστον *h. e. indefinitum, citra interrogationem, idem quod οὗ ubi, Ioan. 7. v. 34.* quo, *Hebr.* 6. 20. quum, 1 *Cor.* 3. 3.

Ὀπτάζομαι videor, conſpicior. *Activ.* ὀπτάζω. *Num.* 14. 14.

Ὀπτάνομαι conſpicior, (*ab act.* ὀπτάνω *video,*) *Actor.* 1. 3. *reliqua tempora vide in* ὄπτομαι.

Ὀπτασία ας ἡ apparitio, *quæ fit κατ' ὕπαρ vigilanti. Hebr.* מַרְאֶה *ab* ὀπτάνω. *Th.* ὄπτω.

Ὀπτάω ῶ *torreo, aſſo. Fut.* ήσω. *a.* 1. ὤπτησα. *P.* ὤπτηκα. *part. a.* 1. *act.* ὀπτήσας αντος ὁ.

Ὄπτομαι video. *F.* ὄψομαι, *Ioan.* 11. 40. ὄψει *Atticè pro* ὄψῃ *videbis. aor.* 1. *med.* ὠψάμην. *a.* 1. *ſubj.* ὄψωμαι, *Luc.* 13. 28. *P. paſſ.* ὦμμαι. ψαι πται. *a.* 1. *paſſ.* ὤφθην ης η *viſus fui,* 1 *Cor.* 15. 8. *Fut.* 1. *paſſ.* ὀφθήσομαι, *Actor.* 26. 16.

Ὀπτὸς ὴ ὸν aſſus a um, *toſtus, aſſatus, ab* ὀπτάω, *de quo paulò antè.*

Ὀπώρα ας ἡ *propriè* autumnus. *item* fructus.

Ὀπωροφυλάκιον ου τὸ *locus in quo fructus aſſervantur, pomarium. ex* ὀπώρα ας ἡ *fructus &* φυλάσσω *cuſtodio.*

Ὅπως ut, *conjunct. cauſalis. cum ſubj.* quomodo, *Luc.* 24. 20. *Matth.* 26 59.

Ὅραμα τος τὸ viſio, *quæ fieri ſolet κατ' ὄναρ, ἤτοι κατ' ἔκστασιν, Actor.* 11. 5. *& intelligitur de interiore quâdam certarum imaginum in hominis mente impreſſione. Hebr.* חָזוֹן. *At* ὅραμα *ponitur ſemel pro* ὀπτασίᾳ, *Matth.* 17. 9.

Ὁρα-

Ὁραματισμὸς οῦ ὁ idem quod ὅρασις viſio.

Ὅρασις εως ἡ viſio. *item* aſpectus, *Apoc.* 4. 13.

Ὁρατὴς οῦ ὁ ſpectator.

Ὁρατικὸς οῦ ὁ ἡ videndi potentia præditus a.

Ὁρατὸς ἡ ὸν viſibilis e.

Ὁράω video. *præſ. imperat.* ὅρα. *pro* ὅραε. *præſ. part. g. f.* ὁρώσαι *videntes, Luc.* 23. 49. *imperf.* ἑώρων, *Ioan.* 6. 2. *F.* άσω. *præt.* ὥρακα, *&* *Atticè* ἑώρακα. *præt. act. infin.* ἑωρακέναι, *Luc.* 24. 22. *pluſq. perf.* ἑωράκειν εις ει. *præt. paſſ.* ἑώραμαι σαι ται.

Ὀργανικὸς οῦ ὁ ἡ inſtrumentalis. *ab*

Ὄργανον ου τὸ inſtrumentum. *item* organum, *q.* ἔργανον *ab* ἔργον ου τὸ *opus.*

Ὀργὴ ῆς ἡ ira, *Eph.* 4. *v.* 31. pœna, *Rom.* 3. *v.* 5. & 13. 4.

Ὀργιάω ῶ ſacra celebro, *perago. F.* άσω. *a.* 1. ὠργίασα. *P.* ὠργίακα.

Ὀργίζω ad iram irrito, laceſſo, *facio iraſci* (*pro quo tamen uſitatum eſt* παροργίζω.) *Fut.* ίσω. *P* ὤργικα. *præſ. med.* ὀργίζομαι iraſcor. *cum Dat. a.* 1. *paſſ.* ὠργίσθην ης η *iratus fui. part. a.* 1. *paſſ.* ὀργισθεὶς έντος ὁ. *fut.* 1. *paſſ.* ὀργισθήσομαι *iraſcar.*

Ὀργίλος ου ὁ iracundus, *Tit.* 1. 7. ὀργιλότης ητος ἡ iracundia, *in vitio ponitur.*

Ὀργυιὰ ᾶς ἡ paſſus, *menſura ſex pedum*, παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰ γυῖα *ab extenſis manibus, ſicut paſſus à pando. ſcil. quantum ſpatium expanſis brachiis comprehenditur. Germani vocant* eine klafter.

Ὀρέγω porrigo. *F.* ξω. *P.* ὤρεχα. *a.* 1. ὤρεξα. *præſ. med.* ὀρέγομαι appeto, *cum Genit. Fut.* 1. ὀρέξομαι. *a.* 1. *paſſ.* ὠρέχθην ης η. *a.* 1. *med.* ὠρεξάμην ω ατο.

Ὀρεινὸς ἡ ὸν montanus a um. ὀρεινὴ ῆς ἡ. *ſcil.* χώρα, regio montana.

Ὄρεξις

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὄρεξις εως ἡ libido.

Ὄρθιος ου ὁ ἡ rectus a, *item* arduus.

Ὀρθοποδέω ῶ recto pede incedo, *non claudico, ab adj.* ὀρθόπους οδος ὁ ἡ *recto pede progrediens, non loripes, ex* ὀρθὸς *rectus, &* ποὺς δὸς *pes.*

Ὀρθὸς ἡ ὸν rectus a um. *videtur ortum ab* ὄρω *excito. F.* ὄρσω. *P.* ὦρκα. *præt. paſſ.* ὦρμαι ὦρσαι ὦρται. *unde* ὀρτὸς *excitatus. & hinc* ὀρθὸς, *mutato* τ *in* θ. *a.* I. *paſſ.* ὤρθην ης η. *part. a.* I. *paſſiv.* ὀρθεὶς ἕντος ὁ.

Ὀρθοτομέω ῶ rectè ſeco, *divido, diſtribuo. F.* ήσω. P. ὀρθοτόμηκα. *ab adj.* ὀρθότομος ου ὁ ἡ *recte ſecans. ex* ὀρθὸς *rectus &* τέμνω *ſeco, in præt. med.* τέτομα, *2 Tim. 2. 15. Sic vulgo exponunt, ſed potius ſignificat*, recte facio, *ut* καινοτομέω innovo. ὀρθοτομεῖν τὰς ὁδοὺς vias rectificare.

Ὀρθοτριχέω ῶ crines habeo erectos (*ab adj.* ὀρθοτρίχης εος ὁ ἡ *habens crines erectos. ex* ὀρθὸς *rectus, &* θρὶξ τριχὸς *pilus, crinis.*) *F.* ήσω. *a.* I. ὠρθοτρίχησα. P. ὠρθοτρίχηκα.

Ὀρθόω ῶ arrigo, erigo. *Fut.* ώσω. *a.* I. ὤρθωσα. P. ὤρθωκα.

Ὀρθρίζω diluculo venio. *imperf.* ὤρθριζον, *Luc.* 21. 38. *F.* ίσω. *P.* ὤρθρικα. *a.* I. ὤρθρισα. *a.* I. *imperat.* ὄρθρισον *ſurge mane, Exod.* 8. 20.

Ὀρθρινὸς ἡ ὸν matutinus a um.

Ὄρθριος α ον matutinus, *dilucularis, ſummo mane veniens.*

Ὄρθρος ου ὁ diluculum. *h. e. tempus matutinum, antelucanum*, ὅτι ἡμᾶς ὀρθεῖ εἰς ἔργα, *quia nos dirigit ad opera.* ὄρθρου *ſummo mane.* ὑπὸ τὸν ὄρθρον *ſub diluculum.*

Ὀρθῶς rectè. *Adverb.*

Ὁρίζω definio. *F.* ὁρίσω, *Atticè* ὁριῶ. *a.* I. ὥρισα *conſtitui, Actor.* 17. 31. ἐν ἀνδρὶ, ᾧ (pro ὃν) ὥρισε. *Helleniſmus.* decerno, *Actor.* 11. 29. *P.* ὥρικα.

præt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

præt. paſſ. ὥρισμαι. part. præt. paſſ. ὡρισμένος, η, ον, Luc. 22. v. 22. κατὰ τὸ ὡρισμένον ſecundum decretum, ſeu prout decretum eſt, Actor. 2. 32. ὡρισμένῃ βουλῇ definito conſilio. Actor. 10. v. 42. ὡρισμένος κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν definitus judex vivorum ac mortuorum. a. 1. paſſ. ὡρίσθην. part. a. 1. paſſ. ὁρισθεὶς έντος ὁ declaratus, demonſtratus.

Ὀρινὸς idem quod ὀρεινὸς, ſi ſine mendo, Ierem. 17. verſ. 3.

Ὅριον ου τὸ finis, terminus. diminutivum ab ὅρος ου ὁ terminus. ὅρια ων τὰ fines.

Ὁρισμὸς οῦ ὁ definitio, declaratio. à præt. paſſiv. ὥρισμαι verbi ὁρίζω definio.

Ὁρκίζω adjuro. F. ίσω. P. ὥρκικα. a. 1. ὥρκισα.

Ὁρκισμὸς οῦ ὁ juramentum, jusjurandum. à præt. paſſ. ὥρκισμαι verbi ὁρκίζω juro.

Ὅρκος ου ὁ juramentum.

Ὁρκωμοσία ας ἡ jusjurandum. q. d. ὅρκου ὄμοσις juramenti juratio. ὄμοσις εως ἡ juratio. ab ὄμνυμι juro.

Ὁρμάω ῶ ruo, irruo, impetu feror, prorumpo. F. ήσω. P. ὥρμηκα. a. 1. act. ὥρμησα. præt. paſſ. ὥρμημαι ad aliquid agendum incitatus fui.

Ὁρμὴ ῆς ἡ impetus.

Ὅρμημα τος τὸ impetus, Apoc. 18. 21.

Ὁρμίσκος ου ὁ parvum monile. Diminut. ab ὅρμος ου ὁ monile.

Ὄρνιον ου τὸ volucris, avicula. diminutivum ab ὄρνις ιθος ὁ ἡ avis.

Ὀρνίθιον ου τὸ avicula.

Ὀρνιθοσκοπέω ῶ auſpicor, ex avibus auguror. F. ήσω. a. 1. ὠρνιθοσκόπησα. P. ὠρνιθοσκόπηκα.

Ὄρνις ιθος ὁ ἡ ales, avis, per ſynec. gen. gallina.

Ὁροθεσία ας ἡ (q. d. θέσις τοῦ ὅρου poſitio termini.) terminus poſitus.

Ὅρος

Ὅρος ου ὁ terminus.
Ὄρος εος τὸ mons.
Ὄροφος ου ὁ tectum, lacunar, *faſtigium, ab* ἐρέφω *tego.*
Ὀροφόω ῶ concamero, *tego. F.* ώσω. *a.* 1. ὠρόφωσα. *P.* ὠρόφωκα. *præt. paſſ.* ὠρόφωμαι. *Hinc*
Ὀρόφωμα τος τὸ tectum.
Ὀρτυγομήτρα ας ἡ coturnicum matrix, *ſeu dux. ex*
Ὄρτυξ γος ὁ coturnix, *quod eſt ab* ὄρω *concito, facile namque ad pugnam concitatur, &* μήτηρ *mater.*
Ὄρυξ γος ὁ capra, oryx, *ab* ὀρύσσω *fodio, quia pedibus terram effodit.*
Ὀρύσσω *vel Atticè* ττω fodio. *F.* ὀρύξω. *P.* ὤρυχα. *a.* 1. ὤρυξα. *a.* 2. ὤρυγον.
Ὀρφανία ας ἡ orbitas.
Ὀρφανός οῦ ὁ orphanus, *pupillus, orbus parentibus. ab* ὀρφνὸς *obſcurus, q. d.* ὁ ἐν σκότει ὤν. *Negligitur enim & veluti in tenebris verſatur. Them.* ὄρφνη ης ἡ *tenebræ. Flectitur more adjectivorum, Exod.* 22. 24. τὰ παιδία ὀρφανά.
Ὀρχέομαι οῦμαι ſalto. *F.* ήσομαι. *a.* 1. *med.* ὠρχησάμην ω ατο. *part. a.* 1. *med.* ὀρχησάμενος η ον, *Marc.* 6. 22.
Ὅς ἥ ὅ qui, quæ, quod, welcher/ welche/ welches. *dicitur articulus poſtpoſitivus, quod nominibus poſtponatur: eſtque vice relativi, & ſemper ſequitur verbum aut expreſſum aut ſubintellectum, Actor.* 27. 44. *Rom.* 14. 5. ὃς μὲν, ὃς δὲ, *pro* οὗτος μὲν, ἐκεῖνος δὲ, *Luc.* 7. 45. ἀφ' ἧς *(ſubaudi* ὥρας*) ex quo tempore.*
Ὁσάκις quoties, *adverb. citra interrogationem.*
Ὅσγε ἥγε ὅγε qui quidem, quæ quidem, quod quidem, *Rom.* 8. 32. *vide ſuprà* γε.
Ὅσιος α ον ſanctus a um.

Ὁσιό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὁσιότης ητος ἡ ſanctitas.

Ὁσίως ſanctè, *adv.*

Ὀσμὴ ῆς ἡ odor, *ab* ὄζω (*Doricè* ὄσδω) *oleo.*

Ὅσος η ον quantus a um, *citra interrogationem. pl.* ὅσοι ὅσαι ὅσα *quicunque, quæcunque, item quotcunq;.* ἐφ᾽ ὅσον χρόνον quamdiu, *Gal.* 4.1. καθ᾽ ὅσον quatenus, *Hebr.* 7.20. ὅσον ὅσον, *Hebr.* 10.37.

Ὀστέϊνον ου τὸ oſſeum.

Ὀστέον οῦν ἐου οῦ τὸ os oſſis.

Ὅστις ἥτις ὅ, τι *in gen.* οὗτινος. *Atticè* ὅτου, *Matth.* 5. *v.* 25. ἧστινος *&c.* qui quæ quod.

Ὀστοῦν οῦ τὸ os oſſis.

Ὀστράκινος η ον teſtaceus a um, *ab*

Ὄστρακον ου τὸ teſta, *terra figulina.*

Ὀσφραίνομαι (*idem quod* ὀσφράομαι ῶμαι) odoror.

Ὀσφρασία ας ἡ odor.

Ὄσφρησις εως ἡ odoratus, *ab* ὀσφράομαι ῶμαι (*idem quod* ὀσφραίνομαι) *odoror. F.* ὀσφρήσομαι. *præt. paſſ.* ὤσφρημαι σαι ται, 1 *Cor* 12. 17.

Ὀσφὺς ύος ἡ lumbus. *Accuſ.* ὀσφύν. *Alii* ὀσφῦος ὀσφῦν.

Ὅταν (*ex* ὅτε *&* ἂν) cum, *conjunct. item* quamdiu, *Ioan.* 9.5.

Ὅτε quando, *adv.* ἀόριστον, *Luc.* 13. 35. ὅ, τε *articulus præpoſit.* und der/ *Actor.* 13. 1. *præpoſitâ literâ* πῖ *fit* ἐρωτηματικὸν *h. e. interrogativum,* πότε quando?

Ὅτι quòd, quia, *conjunct. item* quare, *Marc.* 9.11. *differt ab* ὅ, τι quicquid, *Ioan.* 14.13. *&* 15.17. *Sæpe inſervit mimeſi, & redundat, Rom.* 3.8. *&c.*

Οὐ οὐκ οὐχ non, *adv. negandi.* οὐ *ſeq. conſonâ,* οὐκ *ſeq. vocali tenui.* οὐχ *ſeq. vocali aſpiratâ. Duplex negatio apud Græcos fortiùs negat, & vertitur* nequaquam οὐ μὴ, *Luc.* 22.18. *ſic* οὐκέτι οὐ μὴ *Luc.* 22. *v.* 16. *triplex eſt negatio, non ſine emphaſi. Sicut* ἂν *quandoque* negat, *ita* οὐ *quandoque ponitur*

 pro

pro ἢ nota comparationis, ut Matth. 9. 13. ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, h. e. μᾶλλον ἢ θυσίαν.

Οὗ ubi *adv. (ab ὃς οὗ) ſic αὐτοῦ ibi, ab αὐτός. præpoſitâ literâ π fit ἐρωτηματικὸν, h. e. interrogativum ποῦ ubi? vide infrà ſuo loco.*

Οὐὰ vah! *adv. Marc.* 15. 29.

Οὐαὶ væ, *adv. cum Dat. ἡ οὐαὶ miſeria, Apoc.* 9. 12.

Οὐδαμοῦ nuſquam, *adverb. item* nequaquam, 1 *Reg.* 2. 37.

Οὐδαμῶς nequaquam, *adverb. ab adject. οὐδαμὸς quod eſt ex οὐδὲ neque, & ἀμὸς οῦ ὁ unus, aliquis (Doricè noſter) q. d. οὐδ' ἀμὸς ne unus quidem, h. e. nullus. eodem modo ſe habet μηδαμός.*

Οὐδὲ neque, *conjunct. ex οὐ non & δὲ verò.*

Οὐδεὶς ενὸς ὁ nullus, *οὐδεμία ας ἡ nulla, οὐδὲν ενὸς τὸ nullum, nihil. ex οὐδὲ neque & εἷς unus.*

Οὐδέποτε nunquam, *adverb. ex οὐδὲ neque & ποτὲ aliquando.*

Οὐδέπω nondum, *adv. Ioan.* 20. 4. nunquam, *Ioan.* 19. 41.

Οὐθεὶς οὐθεμία οὐθὲν nullus a um. *οὐθεὶς ex οὔτε εἷς,* 1 *Cor.* 13. 2.

Οὐκ non, *adverb. negandi. vide paulò antè οὐ.*

Οὐκέτι *propriè* non adhuc, *item* non amplius, *ex οὐκ non & ἔτι adhuc.*

Οὐκοῦν nonne igitur? *Ioan.* 18. 37.

Οὐλὴ ῆς ἡ cicatrix.

Οὖν igitur, itaque, ergò, *conjunct.*

Οὔπω nondum, *adverb. ex οὐ & πω dictione encliticâ inſeparabili, Ioan.* 2. 4.

Οὐρὰ ᾶς ἡ cauda, *Apoc.* 9. 10.

Οὐραγέω ῶ extremam partem agminis duco. *F. ήσω. a. 1. οὐράγησα. P. οὐράγηκα, &*

Οὐραγία ας ἡ agmen extremum. *à nom. οὐραγὸς οῦ ὁ extremi agminis dux, quod eſt ex οὐρὰ cauda & ἄγω duco.*

Οὐρά-

Οὐράνι☉ ȣ ὁ ἡ cœleſtis, *Actor.* 26. 19.
Οὐρανόθεν *adv.* cœlitus, *è cœlo.* ȣ̓ρανόσε *in cœlum.* ȣ̓ρανόθι *in cœlo.*
Οὐρανὸς ȣ̃ ὁ cœlum. *Doricè* ὠρανὸς *à Chald.* אוּרָא *ora*, lux. *ponitur pro* Deo, *Matth.* 21. *v.* 25. *& Luc.* 15. 18.
Οὐρέω ῶ mingo, *urinam reddo. F.* ήσω. *a.* 1. ȣ̓́ρησα. *P.* ȣ̓́ρηκα.
Οὐ̓́ρειον ȣ τὸ carcer, *cuſtodia.*
Οὖρον ȣ τὸ urina.
Οὖς ὠτὸς (*pro* ȣ̓τὸς) τὸ auris. τὰ ὦτα aures.
Οὐσία ας ἡ eſſentia, ſubſtantia. *à part. præſ.* ὢν ȣ̃σα ὂν, *ens.*
Οὐ̓́τε neque, *conjunct. ex* ȣ̓ *non &* τε *que*, *Actor.* 28. *v.* 21.
Οὗτ☉ (*ex* ὁ αὐτὸς) hic. αὕτη (*ex* ἡ αὐτὴ) hæc. τȣ̃το (*ex* τὸ αὐτὸ) hoc. *pronomen demonſtrativum. pl.* ȣ̃̓τοι αὗται ταῦτα. *Genit. pl.* τȣ́των *per omnia genera.*
Οὐ̓́τω *ſeq. conſonâ, &*
Οὐ̓́τως *ſeq. vocali*, ſic, itane, *Matth.* 26. 40. *Atticè* ὠ̓́τωσὶ. ȣ̓́τως tantoperè, *Ioan.* 3. 16.
Οὐχὶ nonne? *adv. interrog. item Atticè* non, *adv. negandi, Ioan.* 13. 10. 1 *Cor.* 10. 29.
Ο'φειλέτης (*pro* ὀφειλήτης) ȣ ὁ debitor.
Ο'φειλὴ ῆς ἡ debitum.
Ο'φείλημα τ☉ τὸ debitum. *à præt. paſſ.* ὠφείλημαι, *verbi*
Ο'φείλω debeo, *reus ſum*, *Matth.* 23. 16. *imperf.* ὤφειλον. *F.* ὀφειλήσω. *P.* ὠφείληκα. *a.*2. ὤφελον. *præſ. paſſ.* ὀφείλομαι. *part.* ὀφειλόμενος η ον *debitus a um*, 1 *Cor.* 7. 3. *præt. paſſ.* ὠφείλημαι.
Ο'́φελον utinam, *adv.*
Ο'́φελ☉ ε☉ τὸ utilitas, *ab* ὀφέλλω *juvo, augeo.*
Ο'φθαλμοδȣλεία ας ἡ obſequium ad oculos exhibitum, augendienſt. *à nomine*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Ὀφθαλμόδουλος, ſervus, qui inſpectante hero ſe gnavum præſtat, ein augendiener/ *Eph*. 6. 6.

Ὀφθαλμὸς οῦ ὁ oculus, *ab* ὄπτομαι *video.*

Ὀφθαλμοφανῶς *adv*. ad oculum, *liquidè.*

Ὀφιοδήκτος ου ὁ ἡ *à ſerpente morſus a.ex* ὄφις εως ὁ *ſerpens &* δάκνω *mordeo. P. paſſ.* δέδηγμαι δέδηξαι δέδηκται.

Ὀφιομάχης ου ὁ lacerta, *ſpecies locuſtæ, ex* ὄφις εως ὁ *ſerpens, &* μάχομαι *pugno: infeſtum namque maximè illud animalculum ſerpentibus eſt.*

Ὄφιρ, Ophir. *Nomen proprium regionis.*

Ὄφις εως ὁ ſerpens. *Acc.* ὄφιν. ὄφις ἀρχαῖος *ſerpens antiquus, hoc eſt, diabolus, Apoc.* 20. 2.

Ὄφλησις εως ἡ debitum, *quo publico ærario debetur.*

Ὀφρὺς ύος ἡ ſupercilium. *per metaph*. montis extremitas *ſeu* crepido, *unde quis præceps agi poteſt. Alii vertunt* cacumen. *Syrus vertit*, gibbum montis.

Ὀχεία ας ἡ coitus.

Ὀχετὸς οῦ ὁ canalis, *aquæ ductus. item* cloaca, *ab* ὀχέω *veho, duco.*

Ὄχθη ης ἡ ripa, *littus, labor.*

56. Adjectiva in εις, εσσα, εν ſunt in m. & n.g. παροξύτονα, ut χαρίεις εσσα εν gratioſus a um. σκιόεις εσσα εν umbroſus a um.

57. Adjectiva in ώδης copiam notant, more adjectivorum Latinorum in ôſus, & ſunt παροξύτονα, ut λιθώδης εος ὁ ἡ lapidoſus a. θρηνώδης εος ὁ ἡ luctuoſus a.

58. Adjectiva in ρος α ον ſunt ὀξύτονα, ut αἰσχρὸς ὰ ὸν turpis, σκληρὸς ὰ ὸν durus, πονηρὸς ὰ ὸν malignus a um. Sic alia adjectiva in ος, ut καλὸς mundus, σοφὸς ſapiens, κακὸς malus. At φίλος amicus, πρᾶος mitis, ἥσυχος quietus, ὠφέλιμος utilis, &c. non habent accentum in ultima.

59. Adjectiva in αῖος non ſolent ὀξύνεσθαι, ut ἀρχαῖος αία αῖον antiquus, ἑδραῖος αία αῖον ſtabilis, ἐξαπιναῖος αία αῖον repentinus, βίαιος αία αιον violentus, δίκαιος αία αιον juſtus a um. βέβαιος αία αιον firmus. Sic σπουδαῖος αία αῖον ſtudioſus a um, ἀναγκαῖος αία αῖον neceſſarius a um.

60. Excipiuntur perpauca. παλαιὸς ὰ ὸν antiquus a um. κραταιὸς ὰ ὸν robuſtus. γεραιὸς ὰ ὸν ſenex.

61. Gentilia omnia ad unum, ſi fortè accentum ſortiuntur in penultima. ut Ἀθηναῖος αία αῖον Athenienſis. Ῥωμαῖος αία αῖον Romanenſis vel Romanus a um.

62. Sic ſe etiam habent alia in ος purum, quæ formant fœmininum in α. ut νέος α novus, a. τέλειος εία ειον perfectus a um, αἰώνιος αἰωνία (Hebr. 9. v. 12.) αἰώνιον æternus a um. σπάνιος α ον rarus a um. οὐράνιος α ον cæleſtis e. Item ἐπίγειος terreſtris, Ἀχίλλειος Achilleus, Ἀριστοτέλειος Ariſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

teléus, non Ariſtotelæus. ει non mutatur in ſea
e longum.

63. At ὄγδοος όη οον octavus a um, & ὁλοσ...
hoc eſt, quæ per omnes caſus patiuntur κρᾶσιν
ἁπλόος οῦς, όη ῆ, όον οῦν ſimplex. item adjectiv
nominibus metallorum orta. ut à χρυσὸς aum,
eſt χρύσεος & contracte χρυσοῦς aureus, χ...
(pro χρύσεα) ἔπη, aurea carmina. à σίδηρος ου fer-
rum eſt σιδήρεος & contracte σιδηροῦς ferreus. i...
σιδηρέα contracte σιδηρᾶ, Act. 12. 10. Apoc. 2...
idque Doricè. à χαλκὸς οῦ ὁ æs, eſt χάλκεος ...
tracte χαλκοῦς æneus. ab ἄργυρος ου ὁ argentu...
ἀργύρεος contracte ἀργυροῦς argenteus. λίνεος
έη ῆ, εον οῦν. lineus a um. Sic πορφύρεος οῦς pur-
reus, πορφυρέη ῆ, πορφύρεον contracte πορφυ...
Ioan. 19. 5. Obiter hîc obſervetur quod diſt...
videantur χρυσὸς οῦ ὁ & χρυσίον ου τὸ, quorum ...
aurum, hoc aureum indicat nummum. Sic ἄργυ...
ου ὁ argentum & ἀργύριον ου τὸ pecunia.

64 Nomina ſubſt. in εῖον locum notare ſol...
& circumflectunt penultimam. ut Λυκεῖον ...
Lycéum, γυναικεῖον είου τὸ gynæcéum. πανδοχ...
είου τὸ diverſorium publicum, Luc. 10. 34. ταμ...
είου τὸ conclave, Matth. 24. 26. μουσεῖον είου m-
ſeum (non muſæum.)

65. Item Nomina in ὼν ῶνος locum nota...
ut νυμφὼν ῶνος ὁ ſponſi conclave, Marc. 2. 19. ...
πελὼν ῶνος ὁ vinea. οἰνὼν ῶνος ὁ cella vinar...
ἐλαιὼν ῶνος ὁ olivetum, Act. 1. 12. κοιτὼν ῶνος ...
cubile, Act. 12. 20. πυλὼν ῶνος ὁ veſtibulum.

66. Adjectiva in ης I contract. ſunt ὀξύτ...
ut ἀληθὴς έος ὁ ἡ verus a. in n. g. τὸ ἀληθὲς ...
rum. ψευδὴς έος ὁ ἡ falſus a, &c. item compoſ...
in ης. ut εὐσεβὴς έος ὁ ἡ pius a. νουνεχὴς έος ...
cordatus. ἐνδεὴς έος ὁ ἡ indigus a. ἀδεὴς metu v...
cuus, q. d. ἄνευ δέους. εὐφυὴς έος ὁ ἡ bonæ indol...

ἐγκρ...

ἐγκρατὴς ἔος ὁ ἡ continens. συγγενὴς ἔος ὁ ἡ ſanguine junctus a. ἀγενὴς ἔος ὁ ἡ ignobilis. εὐγενὴς ἔος ὁ ἡ nobilis, generoſus.

67. Excipe compoſita cum *ἦθος ἔος τὸ mos. ut ἀήθης εος ὁ ἡ inſuetus a. κακοήθης εος ὁ ἡ pravis moribus imbutus. Hinc n.g. κακόηθες εος τὸ prava & inveterata conſuetudo. item cum ἀρκέω, αὐτάρκης εος ὁ ἡ ſufficiens, ποδάρκης εος ὁ ἡ pedibus præſtans. Sic φιλαλήθης εος ὁ ἡ amans veritatis, &c.*

68. Compoſita cum nomine *ἔτος ἔος τὸ annus* communiter acuunt ultimam: Atticè verò accentus retrahitur in penultimam. *ut ἐνναετὴς ἔος ὁ ἡ novennis, qui vel quæ eſt novem annorum. Attic. ἐννάετης ου ὁ. fœmininum ἐννάετις ιδος ἡ, quæ eſt novem annorum. Sic διετὴς ἔος ὁ ἡ biennis, bimulus a, Matth. 2. 16. ἀπὸ διετοῦς à bimulo. τριετὴς triennis, ἑπταετὴς, ſeptennis, &c.*

69. Adjectiva in ὺς ſunt *ὀξύτονα*, quorum fœmininum definit in *εῖα*, neutrum in *ύ. ut ἡδὺς εῖα ὺ ſuavis. in Genit. ἡδέος ἡδείας ἡδέος, &c. Eundem ſortiuntur accentum βαθὺς profundus. βραδὺς tardus, bardus. βαρὺς gravis. γλυκὺς dulcis. εὐρὺς latus. παχὺς craſſus. ταχὺς celer. ὠκὺς velox. Sed ab hiſce degenerat ἥμισυς dimidius, in f.g. ἡμίσεια, in n.g. ἥμισυ. λίγυς canorus, λίγεια.*

70. Nullus comparativus & ſuperlativus eſt *ὀξύτονος, ut βελτίων melior, κράτιστος præſtantiſſimus, ὕψιστος altiſſimus.*

71. Adjectiva in ος, orta à ſubſtantivis, non ſunt *ὀξύτονα. ut σωτήριος ου ὁ ἡ ſalutaris, Tit. 2. 11. à σωτὴρ, ſervator. αἰώνιος ου ὁ ἡ æternus a, ab αἰὼν ῶνος ὁ ævum. χρήσιμος ου ὁ ἡ utilis à χρῆσις εως ἡ uſus. Sic habent ſe quoque Adjectiva pleraque in ος compoſita, ut θεόπνευστος, 2 Tim. 3. 16. Pleraque dico, quia legimus ἀγακλειτὸς Ιλ. ζ. 436. Οδυσσ. γ. 388.*

72. Subſtantiva in *ία* ab adjectivis in ος habent *α* longum, & proinde ſunt penacuta. *ut φι-λία ας ἡ amicitia, à φίλος amicus. σοφία ας ἡ ſa-pientia, à σοφὸς ſapiens. κακία ας ἡ malitia, à κα-κὸς malus. in pl. num. etiam manent penacuta. u-θυσία ας ἡ, θυσίαι ῶν αἱ. non θύσιαι. ἐπαγγελία ας ἡ ἐπαγγελίαι ῶν αἱ permiſſiones.*

73. At quæ à ſubſtantivis oriuntur, non ſun penacuta. *ut στρατιὰ ᾶς ἡ militia, à στρατὸς ῦ exercitus. τρυμαλιὰ ᾶς ἡ foramen, à τρύμα τος τὸ, Luc. 18. 25. ἀνθρακιὰ ᾶς ἡ prunarum congeries, à nomine ſubſt. ἄνθραξ ακος ὁ carbo. λαλιὰ ᾶς ἡ loquela, à λάλος loquaculus. καλιὰ ᾶς ἡ nidus à κᾶλον ȣ τὸ lignum. πατριὰ ᾶς ἡ familia, πατὴρ pater. τροχιὰ ᾶς ἡ rotæ veſtigium, à τροχ ȣ̃ ὁ rota. παιδιὰ ᾶς ἡ ludus puerorum. à παῖς puer* Multa tamen ſunt *ἀνάλογα, Euphoniâ id requirente. ut διδασκαλία doctrina à διδάσκαλος ȣ magiſter, doctor. κοπρεία ας ἡ ſordes à κόπρος ȣ ſtercus. ἀγγελία ας ἡ quæ nunciatur ab ἄγγελος ὁ ἡ nuncius. λειτουργία ας ἡ miniſterium publicum à λειτουργὸς ȣ̃ ὁ ἡ publicus miniſter.*

74. Eodem modò ſe habent ſubſtantiva in *ότης*, orta ab adj. in ος· *ut αἰσχρότης ητος ἡ turpitudo, ab αἰσχρὸς ὰ ὸν turpis. At ἀθρότης ῆτος plenitudo, ab ἀθρὸς ὰ ὸν plenus. δηϊοτὴς ῆτος ἡ pugna, à δήϊος hoſtilis, quod à δαΐω uro.*

Item deſinentia in ύτης. ut πραΰτης ύτητος mansuetudo, 1 Petr. 3. v. 15. ὀξύτης ητος ἡ acumen At βραδυτὴς ῆτος ἡ tarditas, à βραδὺς tardus 2 Petr. 3. 9. ταχυτὴς ῆτος ἡ celeritas, à ταχύς.

75. Subſtantiva fœminina orta, maſculinorum ſuorum accentum imitantur: *cæteris tamen paribus. Vt λέων leo, λέαινα. Hîc manet accentus in ἐ ψιλῷ. Sic δώτωρ dator, δώτειρα. τέκτων faber τέκταινα. γείτων vicinus, γείταινα. Sic πολίτης ȣ civi*

civis mas, πολῖτις ιδος ἡ civis fœmina. οἰκέτης ου ὁ fámulus domeſticus, οἰκέτις ιδος ἡ famula. δοῦλος ου ὁ ſervus, δούλη ης ἡ ſerva. προστάτης ου ὁ patronus, προστάτις ιδος ἡ patrona. ἑταῖρος ου ὁ ſocius, ἑταίρα ας ἡ ſocia. *At Iud.* 15. 2. συνέταιρος ου ὁ ἡ ſodalis. & *Iud.* 11. *verſ.* 37. συνεταιρὶς ιδος ἡ ſodalis fœmina.

76. Cæteris paribus, *h. e. ita tamen ut cæterarum quoque regularum habeatur ratio. V. g.* δεσπότης ου ὁ *herus*, δέσποινα ης ἡ *hera*. ἀρτοπώλης ου ὁ *panum venditor*, ἀρτόπωλις εως ἡ *panum venditrix. non* ἀρτοπῶλις. παρακοίτης ου ὁ *maritus.* παράκοιτις ιδος ἡ *uxor.*

77. Subſtantiva in ον tertiæ ſimplicium *non ſunt* ὀξύτονα. *ut* δένδρον ου τὸ *arbor.* ξύλον ου τὸ *lignum*, δεῖπνον ου τὸ *cœna. Excipe* ᾠὸν οῦ τὸ ovum, *ut diſtinguatur ab* ᾦον ου τὸ *ſuperior pars domus.*

78. Subſtantiva in εια ab Adjectivis in ης habent α breve, & proinde ſunt προπαροξύτονα, *ut* ἀλήθεια είας ἡ *veritas, ab* ἀληθὴς έος ὁ ἡ *verus.* Nomina urbium *in* εια *eandem imitantur flexionem & accentum. ut* Καισάρεια είας ἡ *Cæſarea.* Ἀντιόχεια είας ἡ *Antiochia.* Φιλαδέλφεια ας ἡ *Philadelphia.* Σαμάρεια είας ἡ Samaría. *Alii vitioſè Latinè pronunciant* Samária, *&c. Sic* βασίλεια ας ἡ regina *à* βασιλεύς.

79. Subſtantiva in εία orta à verbis in εύω habent α longum, ideoque ſunt παροξύτονα. *ut* βασιλεία ας ἡ *regnum*, *à* βασιλεύω *regno vel ſum rex. in pl. num.* βασιλεῖαι ῶν αἱ *regna.* δουλεία ας ἡ *ſervitus.* à δουλεύω *ſervio.* προφητεία ας ἡ *prophetia*, *à* προφητεύω *prophéto. in pl. num.* προφητεῖαι ῶν αἱ *prophetiæ, Herod.* θεῖαι προῤῥήσεις.

80. Subſtantiva in οια orta ab Adj. *in* ος *habent* α *breve, ut ab* εὔνοος *benevolus, eſt* εὔνοια ας ἡ *benevolentia.*

81. Subſtantiva in *σύνη* ſunt penacuta. *ut* δι-καιοσύνη ης ἡ *juſtitia.* σωφροσύνη *temperantia* ἀσχημοσύνη ης ἡ *geſtuum turpitudo*, ἀ σχῆμα τος τὸ *geſtus, Rom.* 1. *v.* 27.

82. Diphthongi ει & ου finales in Nominibu & Adverbiis circumflectuntur, *ut* ὦ βασιλεῦ ὁ *rex.* πανταχοῦ *ubique. At* ἰδοὺ ecce, *ad differen tiam a.* 2. *med. imperat.* ἰδοῦ.

83. Subſtantiva in μα & μων orta à prima per ſona præteriti paſſivi nunquam ſunt ὀξύτονα. u κρίμα τος τὸ res judicata, ἀ κέκριμαι. ῥῆμα τος τὸ *verbum, ab* ἔῤῥημαι, *Attic.* εἴρημαι, *abjecto au gmento & mutato* αι *in* α. λεῖμμα τος τὸ *reli quiæ, Rom.* 11. *v.* 5. ἀ 1. *præt. paſſ.* λέλειμμαι *relictus fui, verbi* λείπω *linquo, abjecto* λε *& mu tato* αι *in* α. γνώμων ονος ὁ *gnomon, ſtylus hora indicans, ab* ἔγνωσμαι, *ubi* σῖγμα *abjicitur* εὐφω νίας ἕνεκα.

84. At verbalia in μος à prima perſona præt paſſ. ſunt omnia ὀξύτονα. *ut* ψαλμὸς οῦ ὁ *pſalmus ab* ἔψαλμαι *verbi* ψάλλω. ἐπισιτισμὸς οῦ ὁ *cibaria Luc.* 9. 12. ὑπογραμμὸς οῦ ὁ *exemplum. Quædam* εὐφωνίας ἕνεκα θ *interponunt. ut* κλαυθμὸς οῦ ὁ *fle tus, pro* κλαυμὸς, ἀ κλαίω, *in fut.* κλαύσω. *ſic* βα-θμὸς οῦ ὁ *gradus*, κινηθμὸς οῦ ὁ *motus.*

85. Sic quoque nomina verbalia in μη ſe ha bent. *ut* γραμμὴ ῆς ἡ *linea.* στιγμὴ ῆς ἡ *punctum At* γνώμη ης ἡ *ſententia, decretum.*

86. Subſtantiva in ις & ια orta à ſecunda per ſona præt. paſſivi, nunquam ſunt ὀξύτονα. u κρίσις εως ἡ actus judicandi. κλισία ας ἡ *diſcubi tus, Luc.* 9. 14. θυσία ας ἡ *ſacrificium.* γνῶσις εως *notitia.* ἀγνωσία ας ἡ *ignorantia.* δοκιμασία ας *probatio.*

87. Nomina verbalia in τος, orta à 3. ſing præt. paſſivi, paſſivè capiuntur, & ſemper ſun

ὀξύτο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

ὀξύτονα. *ut* ὁρατὸς *viſibilis ab* ἑώραται. ποιητὸς *factus, à* πεποίηται. διδακτὸς *doctus, Ioan. 6. 45. à* δεδίδακται. εὐλογητὸς *benedictus, ab* εὐλόγηται *vel Atticè* ηὐλόγηται. Excipe [1] compoſita pleraque, *ut,* ἀπόβλητος *rejectaneus,* 1 *Tim.* 4. 4. ἀπόδεκτος *acceptus,* 1 *Tim.* 2. 3. εὐπρόσδεκτος *idem,* Rom. 15. 31. παράκλητος ου *Advocatus.* [2] nomina propria virorum, *idque differentiæ causâ. v. g.* τιτὸς honoratus. *at quum tribuitur viro, ſcribitur* Τίτος, *Gal.* 2. *v.* 3. *Sic* ἐραστὸς dilectus; *at quum viro tribuitur, accentus retrahitur,* Ἔραστος, *Rom.* 16. 23.

88. *Item* omnia Adjectiva in ικος hinc orta activè capiuntur, & ſunt ὀξύτονα. *ut* ποιητικὸς *factivus, à* ποιητός. διδακτικὸς *aptus ad docendum, à* διδακτός. Hunc accentum imitantur etiam alia in ικος. *ut* μουσικὸς *canendi peritus.* γραμματικὸς *ſcribendi gnarus.* μνημονικὸς *memor.* λειτουργικὸς *miniſtratorius, Hebr.* 1. 14.

89. Verbalia in της ſunt ὀξύτονα. *ut* αὐλητὴς οῦ ὁ *tibîcen.* κριτὴς οῦ ὁ *judex.* μαθητὴς οῦ ὁ *diſcipulus.* μιμητὴς οῦ ὁ *imitator.*

Verbalia in της *à verbis in* μι *ſunt penacuta. ut* θέτης ου ὁ *poſitor.* νομοθέτης ου ὁ *legiſlator.* προφήτης ου ὁ *propheta.* γνώστης ου ὁ *cognitor, tanquam à* γνῶμι. ἀναγνώστης ου ὁ *lector.* καρδιογνώστης ου ὁ, *cordium ſcrutator.*

Diphthongus in ψεύστης *retinet accentum in penultima.*

90. Verbalia in τηρ ad unum (*h. e. nullo excepto*) ſunt ὀξύτονα. *ut,* χαρακτὴρ ῆρος ὁ *character, Hebr.* 1. 3. στατὴρ ῆρος ὁ *ſtater,* (*genus numiſmatis*) *Matth.* 17. 27.

91. Verbalia in τωρ ſunt penacuta. *ut,* κτήτωρ ορος ὁ *poſſeſſor.* ῥήτωρ ορος ὁ *rhetor.*

92. Verbalia in τέον & τεον nunquam ha-

bent accentum in ultima. *ut,* θυσιαστήριον ȣ τὸ a*l*-*tare.* μυστήριον ȣ τὸ *myſterium.* οἰκητήριον ȣ τὸ *ha*-*bitaculum, Iudæ v.* 6. ἀκροατήριον ȣ τὸ *audito*-*rium.* ποτήριον ȣ τὸ *poculum,* 1 *Cor.* 10. 16. κάτο-πτρον ȣ τὸ *ſpeculum.* κριτήριον ȣ τὸ *tribunal.* διδα-κτρον ȣ τὸ, *merces quæ datur docenti.* λύτρον ȣ τὸ *pecunia quam damus pro redimendo captivo tem*-*pore belli. Sic* ἀντίλυτρον ȣ τὸ *idem.* σῶστρον ȣ τὸ *quod damus ei, qui nos ſervavit.* κόμιστρον ȣ τὸ *quod damus ei, qui noſtra bajulavit.* ἀμφίβληστρο*v* ȣ τὸ *verriculum, rete quod utrimque jacitur.* *A*-λουτρὸν ȣ τὸ lavacrum, *differentiæ causâ.* λοῦτρον ȣ τ*ὸ* *enim ſignificat aquam ſordidam quâ quis ſe lavit.* *Aliquando* σίγμα *additur. ut in* ἀμφίβληστρον· *ali*-*quando tollitur, ut in verbali* γνώμη *ab* ἔγνωσμαι *de quo ſuprà num.* 83. *quarum ſubtilitatum Gram*-*maticarum optimus magiſter eſt uſus, prout poëta* *Ovidius ſcripſit, lib.* 2. *de art. amandi, v.* 71 *à fine.*

Solus &, artifices qui facit, uſus erit.

93. Subſtantiva verbalia in ος à præterito medio orta accentum non habent in fine. *ut* λόγος ȣ ὁ *ſermo à* λέλογα. δόμος ȣ ὁ *domus g. f.* *à* δέδομα. τόμος ȣ ὁ *ſectio à* τέτομα *ſecui, verbi* τέμνω *ſeco.* ἄγγελος ȣ ὁ ἡ *angelus à præt. med.* ἤγγελα. *At* σκοπὸς ȣ ὁ *meta ad quam collimamus,* *ab* ἔσκοπα *verbi* σκέπτομαι *diſpicio.* Raro ſunt 1 contractorum, *ut* ψῦχος εος τὸ *frigus, ab* ἔψυχα *verbi* ψύχω, *refrigero.*

94. Excipiuntur quæ differunt, *ut,* τρόχος ȣ ὁ *curſus, Iacob.* 3. 6. τροχὸς ȣ ὁ *rota. à* τέτροχα *pro quo uſitatum eſt* δέδρομα. *unde etiam* δρόμος ȣ ὁ *curſus.* πρόδρομος ȣ ὁ ἡ *anteambulo, præcur*-*ſor.* τρόφος ȣ ὁ *qui alitur,* τροφὸς ȣ ὁ ἡ *altor, nu*-*trix.* τόμος ȣ ὁ *ſectio, pars. at* τομὸς ἡ ὀν *pene*-*trans, Hebr.* 4. *v.* 12. Nota: accentus eſt in fine eorum verbalium, quæ activè capiuntur.

95. Adje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

95. Adjectiva contrà ſunt ὀξύτονα. *ut*, λοιπὸς ἡ ὸν *reliquus*, *à præt. med.* λέλοιπα.

96. Verbalia in η & α à præterito medio orta ſunt ὀξύτονα: *ut* τομὴ ῆς ἡ *ſectio.* στολὴ ῆς ἡ *veſtis.* ῥιπὴ ῆς ἡ *jactus*, *à* ῥίπτω *præt. med.* ἔῤῥιπα. τρυφὴ ῆς ἡ *deliciæ*, *à præt. med.* τέτρυφα, *verbi* θρύπτω *frango.* ᾠδὴ (*pro* ἀοιδὴ) ῆς ἡ *cantus*, *à præt. med.* ἤοιδα, *quod eſt ab* ἀείδω. σπονδὴ ῆς ἡ *fœdus*, *ab* ἔσπονδα *verbi* σπένδω *libo.* σπορὰ ᾶς ἡ *ſatio*, *à præt. med.* ἔσπορα *ſevi.* διαφορὰ ᾶς ἡ *differentia*, *à* διαφέρω. (*tanquam à præt. med.* διαπέφορα, *quod non eſt uſitatum.*) φθορὰ ᾶς ἡ *corruptio*, 1 *Cor.* 15. *v.* 42. *à præt. med.* ἔφθορα *verbi* φθείρω. *At* βλάβη ης ἡ *damnum*, *à* βλάπτω. κάπη ης ἡ *præſepe*, *à* κάπτω *edo.*

97. Idem ſæpe obſervatur in verbalibus ortis ab aliis temporibus, ut à præterito activo, &c. *ut* διδαχὴ ῆς ἡ *doctrina*, *à* δεδίδαχα *docui*, *verbi* διδάσκω. ταραχὴ ῆς ἡ *perturbatio*, *à* ταράσσω. ἁφὴ ῆς ἡ *nexus*, *ab* ἧφα *verbi* ἅπτω *apto*, *necto.* *At* σκάφη ης ἡ *ſcapha*, *differentiæ causâ. Nam* σκαφὴ ῆς ἡ *effoſſio. Sic* δόξα ης ἡ *opinio*, *gloria*, *eſt ab aor.* 1. ἔδοξα *putavi*, *verbi* δοκέω ῶ. θήκη ης ἡ *ab a.* 1. *act.* ἔθηκα. γλόος *à* γλόω, *pro quo uſitatum* γίνομαι *vel* γίγνομαι, *poëtice* γείνομαι. νέμος εος τὸ *nemus*, *à* νέμω.

98. Præterita & aoriſta tempora diſſyllaba priori longâ ſervant accentum eundem in compoſitis. *ut*, εἶπον *dixi*, προεῖπον *prædixi.* ἧκα *miſi*, συνῆκα *intellexi.* ἧφα *nexui*, καθῆφα *attigi.* ἶγμαι (*ab* ἱκνοῦμαι *pervenio*) ἐφῖγμαι. *Sic in præſ. infin.* κεῖσθαι *jacere*, ἐπικεῖσθαι *incumbere.* θεῖναι *ponere*, προσθεῖναι *apponere.* περιέχω *comprehendo. a.* 2. περιέσχον. ἐπάγω *in a.* 1. *act.* ἐπῆξα, *etiam diſcriminis causâ*, *ne confundatur cum* ἔπηξα *à verbo* πήγνυμι. *At* οἶδα *novi*, σύνοιδα *conſcius ſum.*

99. Neu-

99. Neutra participia ſedem retinent acce-
tus maſculini, *ut* ἁγιάζον (*non* ἅγιαζον *juxt*
num.23.) *ab* ἁγιάζων, *Hebr.2. verſ.* 11. *ubi tam*
non eſt ἁγιάζον, *ſed* ἁγιάζων. πῦρ καταναλίσκ
ignis conſumens, Hebr. 12. *v.* 29. κύμβαλον ἀλ-
λάζον, *cymbalum tinniens,* 1 *Cor.* 13. *v.* 1.
ἐπιβάλλον μέρος, *Luc.* 15. 12, *partem mihi com*
petentem, Actor. 26. 7. λατρεῦον *à maſculin*
λατρεύων. *ibid. v.* 13. φῶς περιλάμψαν, *Apoc.* 1
v. 7. ἀναβαῖνον, *Luc.* 11. 24. τὸ εὑρίσκον. *Sic*
γηράσκον *ſeneſcens, Hebr.*8. 13. καθῆκον *quod con*
venit, Actor. 22. 22. ἄρσεν διανοῖγον μήτραν *ma*
aperiens matricem, Luc. 2. 23.

100. Omnis imperativus accentum habet i
antepenultima, ſi eam habeat; ſecus in penulti-
ma. *ut,* 1 *Tim.*6.11. φεῦγε *fuge,* 1 *Tim.*4. 16. ἔπεχ
σεαυτῷ, *intentus eſto tibi.* ἐπίμενε αὐτοῖς, *perman*
in iis, Ioan. 8. 11. μηκέτι ἁμάρτανε, *ne pecca am-*
plius, Luc. 6. 30. μὴ ἀπαίτει (*pro* ἀπαίτεε) *ne repe-*
tito. Excipiuntur quinque activa. εἰπὲ *dic* (*ad dif-*
ferentiam εἶπε *dixit.*) λαβὲ *cape, ne videatur* λάβε
pro ἔλαβε. εὑρὲ *inveni, ne accipiatur pro* εὗρε *inve-*
nit. ἰδὲ *vide, ad differentiam* ἴδε *vidit pro* εἶδε.
(*quamvis in N.T. ſemper legamus* ἴδε *ecce, Rom.* 2
*v.*17. *&c. tanquam adverbium.*) ἐλθὲ *veni. item*
omnia aoriſta 2. med. imperat. γενοῦ ἔσθω *ſis, eſto.*

101. Participia præt. Act. ſunt ὀξύτονα, *ut*
ἡμαρτηκὼς ὅτος ὁ *qui peccavit, Gen.* 44. 32. *in*
f. g. ἡμαρτηκυῖα ἥδε. *in n. g.* ἡμαρτηκὸς ὅτος.

102. Participia præteriti paſſivi ſunt penacuta.
ut κεκορεσμένος *ſaturatus.* βεβλημένος *projectus.*

103. *Item verbalia deſinentia in* έος. *ut* βλη-
τέος *conjiciendus, Marc.* 2. 22. φευκτέον *fugien-*
dum. vide ſuprà §. 23.

104. *Sed ut multa paucis complectar,* quiſquis
cupit in accentuum doctrina expeditus eſſe &
certus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

certus, declinationes & conjugationes exactè diſcat. *Eſt enim perpetua & conſtans ſua ſingularum vocum ἀναλογία.*

105. Adverbia accentum primitivorum ſequuntur. *ut θεόθεν divinitus, à θεός. οὐρανόθεν cœlitus, ab οὐρανός. ἀγρόθεν rure, ab ἀγρός. ἐγγύθεν cominus, ab ἐγγύς. οἴκοθεν domo (non οἰκόθεν) ab οἶκος. ἄλλοθεν aliunde, ab ἄλλος. παιδίοθεν à pueritiâ, à παιδίον puerulus, Marc. 9. v. 21. θύραζε foras, à θύρα ας ἡ janua. Sic Ἀθῆναι ῶν αἱ Athenæ, unde eſt Ἀθήνηθεν ex Athenis, Ἀθήνῃσι Athenis, Ἀθήναζε Athenas.*

106. Legimus tamen, *ποντόθεν è mari, à πόντος ου ὁ mare. πεδόθεν è terra, à πέδον ου τὸ ſolum, terra. κυκλόθεν undique, Apoc. 4. 3. Sed Budæus, (vide Theſaurum Stephani) ſcribit κύκλοθεν. Et veri ſit ſimile, culpa eorum qui à manu fuerunt, menda ejuſmodi irrepſiſſe: ut jam putemus legendum, πόντοθεν pro ποντόθεν, & κύκλοθεν pro κυκλόθεν. πάντοθεν* undique *tanquam à genit. pl. πάντων.*

107. Adverbia in *ως* formantur à Genitivo plurali, mutato *νῦ* in *σῖγμα. ut σοφῶς ſapienter, à σοφὸς, in genit. pl. σοφῶν. ῥητῶς diſerte à ῥητῶν. ἐπισταμένως perite ab ἐπισταμένων. φειδομένως parcè, à φειδομένων verbi φείδομαι parco. Sic οὐσιώδης εος ὁ ἡ genit. pl. οὐσιωδέων ῶν, unde eſt οὐσιωδῶς eſſentialiter. κεφαλαιώδης εος ὁ ἡ ſummarius, Genit. pl. κεφαλαιωδέων ῶν, unde eſt κεφαλαιωδῶς ſummatim. Ab hac itaque regulâ deflectunt, qui ſcribunt αὐτάρκως pro αὐταρκῶς. φιλαλήθως pro φιλαληθῶς.*

108. Adverbia in *ἰῶτα* deſinentia *ſunt ὀξύτονα ut πανστρατὶ cum toto exercitu. πανοικὶ cum tota domo. ἀθεεὶ ſine Deo. αὐτολεξεὶ iiſdem verbis. αὐθωρεὶ eadem hora. παμπληθεὶ universâ turbâ, Luc. 23. v. 18. Sic Ἑβραϊστὶ Hebraïcè, Ἑλληνιστὶ Græcè.*

Ῥω-

Ῥωμαϊστὶ Latinè, Ioan. 19. 20. At ab ἄντα eſt ἔναν
Luc. 1. 8. & ἀπέναντι, Act. 3. 16. coram. Nom
tamen hinc ortum ἐναντίος contrarius retin
accentum ſui Thematis.

109. Adverbia quantitatis in άκις ſunt p
nacuta, ut διστάκις bis, τρισάκις ter, τετράκις qu
ter, πεντάκις quinquies, ἑξάκις ſexies, ἑπτάκις ſ
ptjes. ὀλιγάκις rarò. πολλάκις, etiam poſt Æo
cam apocopen τοῦ σ πολλάκι, ſæpe. ὁσάκις quoti
ἀόριστον. ποσάκις quoties? ἐρωτηματικόν.

110. Adverbia in δὸν ſunt ὀξύτονα. ut ὁμοθυ
μαδὸν unanimiter, ῥοιζηδὸν cum ſtridore, ἀγεληδ
gregatim, κυνηδὸν more canino.

111. Adverbia in δην deſinentia ſunt παροξ
τονα. ut διαῤῥήδην diſerte. συλλήβδην comprehe
ſim. ἄρδην penitus, ab αἴρω tollo.

112. Præpoſitiones biſyllabæ accentum i
fine habent. ut ἀπὸ à, ab. παρὰ, apud, præte
ἐνὶ poëticè pro ἐν. ἔνι verò pro ἔνεστι, ineſt. ut μέτ
pro μέτεστι, competit. πάρα pro πάρεστι, adeſt.

113. Præpoſitiones immediatè poſtpoſitæ ca
ſui, quem regunt, accentum retrahunt in pr
mam. ut εἰρήνης πέρι de pace, pro περὶ εἰρήνη
ἀνὰ tamen & διὰ differentiæ causâ retinent, n
δία videri poſſit eſſe accuſativus à ζεὺς, Iupiter, e
ἄνα vocativus ab ἄναξ rex. Dico immediatè. v. g
Actor. 13. 23. τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος, ex hu
jus ſemine Deus. ubi ἀπὸ accentum retinet in fine
quia caſus genitivus non præcedit immediate.

114. Ὑφὲν inſtar makkaph Hebraïci præceden
tem dictionem naturâ ἔντονον accentu deſtituit
ut ἀειπαρθένος virgo. Epitheton beatæ virgini
Mariæ. Scilicet per ὑφὲν. q. d. ὑφ' ἓν ſub unum
duæ voces coaleſcunt in unam, & proinde quoqu
tanquam una vox uno duntaxat accentu profe
runtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

115. Syntaxi (*ſeu compoſitione*) quandoque fit, ut plures dictiones coaleſcant veluti in unam, *unde quarundam nativo abjecto accentu, unus tantùm manet in præcipua dictione. ut* τουτέστι *hoc eſt.* τοκατ'ἀρχὰς *in principio.* τοτελευταῖον *poſtremò.* τοκαθημέραν *quotidie.* τοπρωῒ *mane. Quamvis etiam ſcribatur* τὸ πρωῒ, τὸ καθημέραν, *&, pro* καθημέραν, καθ' ἡμέραν, *&c. Sic pro* τοῖοσδε *ſcribitur* τοιόσδε *abjecto circumflexo, pro* τοίασδε τοιᾶσδε, *2 Petr. 1. v. 17.* διὸ *pro* δι' ὃ *quapropter. Idque fit* τῆς ταχυγραφίας ἕνεκα.

116. *Ad extremum quum* dictiones encliticæ, *ut vocant, negotium faceſſant tironibus, iſtæ, quoque enodandæ ſunt tricæ, ut primâ fronte tam de vera accentuum ſede, quàm de mendoſis accentibus ferre poſſimus judicium.*

117. Dictiones verò encliticæ ſunt *ſequentes.*

Ex articulo του *poëticè* τοῦ *pro indefinito* τινὸς, *alicujus,* τῷ *pro* τινὶ *alicui.*

Ex nomine τὶς τὶ *aliquis, per omnes caſus. vide ſupra num. 47.*

Ex pronomine μου, μοῦ, *mei,* μοὶ *mihi,* μὲ *me. At* ἐγὼ ἐμοῦ ἐμὲ *encliticis non ſunt accenſenda. Sic* σοῦ (τοῦ σοῦ) *tui.* σοὶ *tibi. Doricè* τοι. σὲ, *te, Doricè* τέ. *At* σὺ τὺ *ſicut &* τέο *non patiuntur* ἔγκλισιν. *Sic* οὗ (οὗ ἕο) *ſui,* οἷ *ſibi,* ἕ *ſe,* σφὲ σφωὲ σφῶ *3. perſ. nam* σφῶ *perſonæ non eſt encliticum. in pl. num.* σφίσι *&* σφὶν, *ſeu* σφὶ *pro* σφίσι, *ut &* σφᾶς *pro* σφέας, *&* ψὲ *pro* σφέ. *His adde poëtica pronomina* μὶν *&* νὶν *pro* ἓ *vel* αὐτόν.

118. Ex verbis ſunt enclitica, εἰμὶ *ſum,* ἐσσὶ *es,* ἐστὶ *eſt,* ἐσμὲν *ſumus,* ἐστὲ *eſtis,* εἰσὶ *ſunt. Sic* φημὶ *inquam,* φησὶ *ait,* φαμὲν *dicimus,* φατὲ *dicitis,* φασὶ *Doricè* φαντὶ *aiunt, inquiunt. ubi ſecundæ ſingulares* εἶς *vel* εἶ *es, &* φής *ais, per* ἧς *acutum, ut dif-*

ferat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

ferat à 2. ſing. aoriſti 2. activi φῆς *pro* ἔφης *dixi*
non patiuntur ἔγκλισιν.

119. Ex adverbio πως *quodammodo*, πω *a*
huc, dum, πη *alicubi*, πȣ *uſpiam, circiter; & a*
id genus; quando non ſunt interrogativa, ſed
definita. item ποθὲν ποθὲ *alicunde, aliquando, A*
ſtot. 3 Pol. c. 11. ποθὶ *alicubi*, ποτὲ *aliquando.*

120. Ex conjunctionibus *multæ ſunt encli*
ticæ & quandoque μόρια συμπληρωματικὰ, *h*
eſt, particulæ expletivæ. ut τὲ *&* γὲ quidem.
quamvis *poſtpoſitum participio.* κὲ κὲν *dictiuncu*
potentiales: in proſa reſpondent τῷ ἄν. ῥὰ faci
νὺ nunc, θὴν quidem, *ſunt ſæpe expletivæ pa*
ticulæ. Huc pertinet δὲ *Accuſativo poſtpoſitum*
ubi valet ad, *& eſt dictio enclitica.*

Regulæ.

221. [1]) Dictio enclitica rejicit accentum
ultimam præcedentis vocabuli proparoxyton
quem tamen adventitium accentum molliuſcu
eſſe enunciandum, εὐφωνία *ſuadet, Marc. 11. v. 3*
ἀποκρίθητέ μοι, *reſpondete mihi, Rom. 2. 19.* π
ποιθώς τε, *fidiſque, Rom. 2. v. 3.* ἠπίστησάν τιν
increduli fuerunt quidam. σȣ tui *non reponit pr*
prium ſeu nativum accentum, (vide ſuprà nu
17.) *ſed acutum. idem fit in* μȣ̃ *mei,* ȣ̃ *ſui. Cau*
eſt ἡ εὐφωνία. *ultima enim ſyllaba, in quam h*
dictio enclytica rejicit talem accentum, prorſ
averſatur circumflexum. Vbicunque enim ci
cumflexus eſt, κρᾶσιν *notare ſolet, aut ſaltem quan*
titatem longam, quorum neutrum hic locum h
bet, & præterea moram requirit, Ioan. 17. 11.
τῷ ὀνόματί σȣ, *nomine tuo,* Coloſſ. 4. 18. μνημονεύ
ετέ μȣ τῶν δεσμῶν, *memores eſtote vinculorum me*
rum, Luc. 4. v. 7. ἐνώπιόν μȣ, *coram me.*

122. [2]) Di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

122. 2) Dictio enclitica monoſyllaba amittit accentum præcedente vocabulo paroxytono: diſſyllaba contrà retinet. *ut Ioan.* 4. 16. φώνησον τὸν ἄνδρα σου, *voca maritum tuum*, *Ioan.* 7. 27. πόθεν ἐστὶν *unde ſit*, *Ioan.* 15. 14. φίλοι μου ἐστὲ, *amici mei eſtis. Hîc* μου *amittit accentum;* ἐστὲ *verò retinet in fine. Ioan.* 14. *v.* 19. ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ, *mundus me non ampliùs conſpiciet*, *Ioan.* 22. 18. ἄλλος ζώσει σε, *alius cinget te*, *Ioan.* 21. 22. σὺ ἀκολούθει μοι, *tu ſequere me*, *Luc.* 22. 53. ὄντος μου μεθ' ὑμῶν, *quum eſſem vobiſcum*, *Actor.* 5. *v.* 2. μέρος τι, *partem quandam*, *Act.* 16. 16. παιδίσκην τινὰ, *puellam quandam*, Rom. 7. 9. ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, *ego vivus eram ſine lege quondam.* Rom. 8. 16. ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ, *quòd ſimus filii Dei*, Rom. 14. 8. τοῦ Κυρίου ἐσμὲν, *Domini ſumus*, *Hebr.* 12. *v.* 8. ἄρα νόθοι ἐστὲ, *nempe ſpurii eſtis*, *Iacob.* 3. 5. ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, *lingua parvum membrum eſt.* 2 *Petr.* 1. *v.* 13. ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, *quamdiu ſum in hoc tabernaculo*, 1 *Cor.* 3. *v.* 20. ὅτι εἰσὶ μάταιοι, *quòd vani ſint.* Quidam hîc τὶς τὶ excipiunt, *ut Ioan.* 2. 25. ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ, *ut aliquis teſtaretur. Confer Græcos interpretes V.T. Exod.* 22. *v.* 5, 16. *Deut.* 22. *v.* 13. 1 *Sam.* 10. *v.* 12. *Prov.* 6. 27. *&c.*

123. 3) Præcedente vocabulo oxytono dictio enclitica quæcunque accentum prorſus amittit. *ut Luc.* 5. 21. τίς ἐστιν οὗτος; *Quis eſt iſte? Luc.* 10. *v.* 13. οὐαί σοι, *væ tibi*, *Ioan.* 19. 21. βασιλεύς εἰμι, *rex ſum*, *Ioan.* 20. 23. ἄν τινων ἀφῆτε, *ſi quorum remiſeritis*, *Act.* 10. 4. τί ἐστι κύριε; *Act.* 25. 19. ζητήματα δέ τινα, *quæſtiones verò quaſdam*, 1 *Cor.* 3. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοὶ, *Dei enim ſumus adminiſtri*, *Rom.* 1. *v.* 13. ἵνα καρπόν τινα σχῶ, *ut fructum aliquem conſequar*, *Rom.* 4. 16. ὅς ἐστι πατὴρ πάντων, *qui eſt pater omnium*, *Matth.* 19. 12. καί εἰσι,

& ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

& ſunt, ἐςὶ quidem poſt καὶ (vide infrà) habet a
centum in prima, ſed οὐκ εἰσὶ &c. alia eſt ratio.

124. Præcedente dictione ἀτόνῳ (*ſuprà num.* 16.) dictio enclitica in eam accentum ſuum reponit. *ut Iacob.* 1. 26. εἴτις δοκεῖ *ſi quis videtur.* Alia tamen eſt ratio adverbii negativi οὐ, οὐκ, poſt quod εἰμὶ, ἐσμὲν, ἐςὲ, εἰσὶ accentum retinent. *ut, Luc.* 18. 11. οὐκ εἰμὶ *non ſum. Rom.* 6. *v* 15. οὐκ ἐσμέν. *Ioan.* 15. 19. οὐκ ἐςέ *ſcribitur etiam* τουτέςι *tanquam vox unica. Sic poſt* εἰ 2 *Cor.*13.5. εἰ ἐςὲ *ſi eſtis.*

125. 4) Præcedente vocabulo properiſpómeno, dictio enclitica accentum ſuum reponit in ejus ultimam. *Matth.* 27. 24. ἀθῶός εἰμι *innocens ſum. Rom.*8. 14. οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ, *hi ſunt filii Dei. Rom.* 12. *v.* 5. ἓν σῶμά ἐσμεν, *unum corpus ſumus. Luc.* 1. 47. τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, *Deo ſervatori meo. Luc.* 1. 38. κατὰ τὸ ῥῆμά σου, *ſecundum verbum tuum. Luc.*5. 24. πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου, *abi domum tuam.* 1 *Cor.*12.22. ἀναγκαῖά ἐςι, *neceſſaria ſunt.*

126. 5) Præcedente verò vocabulo periſpómeno, dictio enclitica quæcunque penitus ſuum amittit accentum. *ut, Ioan.* 19. 11. εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον, *niſi tibi datum eſſet. Ioan.* 1. 15. ἀγαπᾷς με; *an diligis me? Actor.* 14. 15. ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν. *Actor.* 23. 3. ὑμεῖς ἐςε *vos eſtis. Rom.* 1. 8. εὐχαριςῶ τῷ Θεῷ μου, *gratias ago Deo meo.*

De Synencliticis.

127. 6) Quum complures dictiones encliticæ concurrunt, ex ſequente in præcedentem tranſfertur accentus, ultimâ manente nudâ ſeu ſine accentu. *ut Luc.* 9. *v.* 38. ὅτι μονογενής ἐςί μοι. *Luc.*10. 29. τίς ἐςί μου πλησίον; *Quis eſt meus proximus? Luc.* 19. 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, *ſi quid*

cuipiam

cuipiam per calumniam eripui. Rom. 3. v. 8. καθώς φασί τινες, prout quidam aiunt. Rom. 13. 4. Θεοῦ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Gal. 1. verſ. 7. εἰ μή τινές εἰσιν, Actor. 18. v. 10. διότι λαός ἐστί μοι πολύς. At Tit. 1. verſ. 6. εἴτις ἐστί. q. εἴτις ſit vox compoſita: & contrà οὔτινος, quaſi non ſit vox compoſita.

128. Excipe μοῦ, σοῦ, οὗ, μοὶ, &c. Ioan. 8. v. 31. μαθηταί μου ἐστέ. Rom. 1. v. 9. μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεός. Matth. 3. 11. ἰσχυρότερός μου ἐστίν. fortior me eſt. Philipp. 1. 8. μάρτυς γάρ μου ἐστί. Ioan. 15. 14. ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, vos amici mei eſtis. Actor. 9. 15. σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος. Matth. 18. 8. καλόν σοι ἐστίν. Ioan. 19. 11. διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοί. item quoties intervenit diſtinctio quantulacunque, licet non ſemper ſit expreſſa. ut Act. 9. v. 6. λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. Hîc poſt σοι eſt tacita quædam diſtinctiuncula, ob quam σοι ex regulâ non habet accentum. Sic Actor. 10. 6. λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

129. Dictiones encliticæ in præpoſitiones præcedentes raró accentum ſuum rejiciunt, idque propter εὐφωνίαν, Luc. 4. 10. Act. 21. 21. περὶ σοῦ, de te. Ioan. 17. 5. παρὰ σοὶ apud te. Matth. 18. v. 15. εἰς σέ. Ioan. 13. 37. ὑπὲρ σοῦ pro te. Act. 28. v. 22. παρὰ σοῦ à te. Luc. 11. v. 35. & 19. v. 44. Ioan. 17. 21. ἐν σοὶ in te. Act. 18. 10. Ioan. 3. 26. μετὰ σοῦ tecum. Act. 26. 2. ἐπὶ σοῦ per te. Matth. 5. v. 42. ἀπὸ σοῦ à te. Actor. 23. 30. ἐπὶ σοῦ coram te. Interdum regulam ſequuntur. Ioan. 21. 3. σύν σοι tecum. Luc. 18. 16. Ioan. 17. 11. Luc. 7. 20. πρός σε ad te. Ioan. 6. v. 65. Act. 22. v. 10. πρός με ad me. Luc. 18. v. 9. πρός τινας ad quoſdam. Actor. 9. 43. παρά τινι apud quendam. Quandoque utroque modo ſe habent. ut Actor. 13. v. 11. ἐπί σε idque in fine periodi. At contrà Deut. 28. v. 2. ἐπὶ σὲ

contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

contra te. Sic Ioan. 21. 23. τί πρὸς σέ; Quid t
refert? Alii τί πρός σε;

130. 7) Dictiones encliticæ retinent acce
tum ſuum ob quinque cauſas, nempe ob εὐφ
νίαν, ἔμφασιν, διαφορὰν, παρένθεσιν, & διαστολ
hoc eſt diſtinctionem.

Εὐφωνίας ἕνεκα, Actor. 25. 8. οὔτε εἰς Καίσαρα
ἥμαρτον, neque in Cæſarem quicquam peccavi. H
τὶ retinet accentum. quem ſi rejiceret ex regu
in ultimam præcedentis dictionis, tam κακόφων
quàm obſcurum foret. Vide editionem N. T.
Henrico Stephano emendatiſſimè editam 1576. S
ἕνεκα μου dicimus. At Rom. 8. v. 36. ἕνεκά σου (p
ἕνεκα σοῦ) θανατούμεθα, tuâ causâ occidimur.

Ἐμφάσεως ἕνεκα, Rom. 11. v. 11. ἀλλ' ἡ ῥίζα σ
Hîc σὲ retinet accentum ob emphaſin, 1 Tim. 4. 1
ὃ ἐδόθη σοὶ, quod Tibi datum eſt. Hîc σοὶ ret
net accentum ob ἔμφασιν, 2 Cor. 11. 16. μή τις μ
δόξῃ ἄφρονα εἶναι, ne quis me putet mente captum
μὲ hic retinet accentum ob ἔμφασιν.

Διαφορᾶς ἕνεκα, Eph. 2. 13. οἵ ποτὲ ὄντες, pro
ποτε ὄντες· diſcriminis causâ, ne quis putet οἱ eſ
ex nominativo ſingulari ὃς, qui, 2 Petr. 3. 9.
τινὲς &c. non ὥς τινες, ne videretur ὡς poſitum p
οὕτως. Sic Luc. 14. 9. ὁ σὲ non ὅ σε, ne ὁ videretu
articulus poſtpoſitivus g. n.

131. Diſtinctio (ἡ διαστολὴ) facit, ut dictio en
clitica ſuum retineat accentum, idque in princi
pio diſtinctionis ſemper, in fine rariſſimè, Luc.
v. 6. σοὶ δώσω tibi dabo. σοὶ hîc retinet accentu
in principio periodi, Luc. 7. 14. νεανίσκε, σοὶ λέγ
Adoleſcens, Tibi dico. Hîc σοὶ retinet accentu
poſt κόμμα, & ob ἔμφασιν, Matth. 17. 4. σοὶ μία
ibid. v. 27. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, pro me & te. σοῦ hîc re
tinet accentum ob finem periodi, nec non ἔμφασι
Philip. 1. v. 15. τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, alii quidem, al

ver

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

verò &c. Hîc utrumque τινὲς *accentum retinet ob diſtinctionem. unum enim eſt in principio periodi, alterum in principio* τοῦ κόμματος. *Ioan.* 13. *v.* 13. εἰμὶ γὰρ *ſum enim. Hîc* εἰμὶ *retinet accentum in principio coli. Luc.* 10. 21. ἔμπροσθέν σου, *hîc* σου *in fine periodi non retinet accentum, ſed rejicit in vocem proximè præcedentem. Sic Ioan.* 14. *v.* 11. πιστεύετέ μοι *in fine periodi.*

132. Παρενθέσεως ἕνεκα. *Marc.* 5. 41. τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι, *puella, tibi dico, ſurge. Hîc* σοὶ *retinet accentum ob* ἔνδειξιν *&* παρένθεσιν, *quæ ipſa eſt diſtinctionis ſpecies. Hebr.* 8. 5. ὅρα γὰρ (φησὶ) *vide enim (inquit.) Alii pro parentheſios ſignis hîc habent duo* κόμματα, *ſed res eodem redit. Marc.* 2. *v.* 10. (λέγει τῷ παραλυτικῷ) σοὶ λέγω, ἔγειραι, *dicit ad paralyticum,* TIBI *dico, ſurge. Confer Luc.* 5. *v.* 24. *Actor.* 26. 25.

133. Ἔστι accentum ſortitur in prima ſyllaba; primò in principio ſententiæ, ſive ſit completa, ſive non. *Ioan.* 5. 2. ἔστι δὲ *eſt verò.* 1 *Cor.* 15. *v.* 44. ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικὸν, 2 *Tim.* 4. *v.* 11. ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος, *eſt enim mihi perutilis. Matth.* 13. *v.* 39. ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτὰ, ἔστιν ὁ διάβολος, *hoſtis qui ſevit illa zizania, eſt diabolus.*

134. Deinde ἔστι accentum in prima ſyllaba habet poſt voculas οὐκ, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλ', τοῦτ'. *ut, Matth.* 10. 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Ioan.* 1. 48. ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι, *in quo non eſt dolus. Ioan.* 20. 30. ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα, *quæ non ſunt ſcripta. Sic* ἔνι *pro* ἔστι. *Iacob.* 1. 17. παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, *apud quem non eſt mutatio. Coloſſ.* 1. 6. καὶ ἔστι, *& eſt. Rom.* 10. 6. τοῦτ' ἔστι, *hoc eſt.* 2 *Reg.* 10. 24. ἴδετε εἰ ἔστι μεθ' ὑμῶν (τις) τῶν δούλων Κυρίου; *videte an ſit vobiſcum aliquis ex ſervis* DOMINI. *Ioan.* 6. 28.

ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ſed verax eſt, q
miſit me.

135. Accentus quoque multas diſtinguit vo
ces. *ut Luc.* 4. 9. εἰ εἶ, ſi es. *Sic differunt* ἡ hæc
ἃ quæ, ἦ (*ab* ἠμὶ *pro* φημὶ *per aphæreſin*) dixit
erat, ᾖ ſit, ᾗ qua. *item* ὦ ᾧ. μύριοι decies mille
μυρίοι infiniti. *Diſcrimen eſt inter* ἥτε & hæ
Rom. I. *v.* 20. & ᾗτε quaque. *inter* μόνη ſola &
μονὴ manſio. *Ioan.* 14. 17. ὃ ὁ κόσμος ὐ δύναται
λαβεῖν. *Hic differunt* ὃ & ὁ. *Sic* ἀλλὰ ſed & ἄλλα
alia. ὦμος ὁ humerus & ὠμὸς crudelis. ἐχθρὰ
inimica, ἔχθρα inimicitia. εἶσι vadit, & εἰσὶ ſunt
κρίνω judico & κρινῶ judicabo. στρέβλη ης ἡ tor
mentum & στρεβλὴ ῆς ἡ perverſa. ζωὸν vivum &
ζῶον animal. κῦδος gloria & κύδος probrum
ἐραστὸς amatus. *at* ἔραστος *nomen viri, Act.* 19. 22

136. Græci virgula ſeu intercifione (*Græc*
διαστολὴ ἢ ὑποδιαστολὴ, Euſtathio *χωρισμὸς dici-
tur*) multas diſcriminant, quæ virgula responde
accentui Hebraïco metheg, idque ad vitandam
ambiguitatem. *ut*, τό, τε & hoc *Actor.* 27. *v.* 5.
differt à τότε tunc *Actor.* 27. 21. *Sic* ὅ, τε und der
Actor. 13. 1. *Luc.* 23. 12. & ὅτε quando, *Luc.* 17.
v. 22. *item* ὅ, τι quod *relativum, Luc.* 10. 35. &
ὅτι quod *conjunctio. Matth.* 18. *v.* 28. ἀπόδος μοι
ὅ, τι ὀφείλεις. *redde mihi quod debes. Ioan.* 2. 5. ὅ, τι
ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε *quicquid dixerit vobis facite.*

137. Sæpe accentus vocabula non diſtinguit,
quorum diſcrimen ex ſerie orationis & analyſi
Logicâ eruendum eſt. *Qualia ſunt*, οὗ ubi & οὗ
cujus. ἦτε eratis & ἦτε ſitis. ἐρευνᾶτε inveſtigatis
& ἐρευνᾶτε inveſtigate. *Ioan.* 5. 39. γινώσκουσι co-
gnoſcunt & *Rom.* 7. *v.* I. γινώσκουσι cognoſcenti-
bus. *Deut.* 28. 57. ἐν τῇ θλίψει (*Dat. ſingul.*) ἣ
θλίψει (3. *ſing. fut.* I. *act. indic.*) σε ὁ ἐχθρός σου. πεί-
σομαι perſuadebo & πείσομαι patiar. *Ioan.* 17. 6.

σοὶ ἦσαν, utrum hic σοὶ ſit dativus à σύ vel num. pl. à σός. Hebræi dicunt לְךָ הָיוּ. Sic Rom. 12. 19. ἐμοὶ ἡ ἐκδίκησις pro ἐμὴ ἡ ἐκδίκησις. Hebraïſmus idem. ἡ πόσις, εως potio, & ὁ πόσις, ιος maritus. μὴν tamen, & μὴν μηνὸς menſis.

Sæpe utrolibet modo tempora quæ coïncidere dicuntur, accipere licet. *Verbigratia, perinde eſt utrum dicas* εἴπω *eſſe a. 1. act. vel a. 2. act. ſubj. Ioan. 12. 10.* ἀποκτείνωσιν *utrum ſit a. 1. act. ſubj. vel præſ. act. ſubj.* γέγραφα *utrùm ſit præteriti activi vel medii.*

Nonnunquam diſtinguit ſignificatio, *ut* ἔστησαν *ſtitérunt Actor. 1. v. 23. &* ἔστησαν *ſtetérunt. Luc. 17. 12. quorum illud eſſe a. 1. act. hoc verò a. 2. act. oſtendit ſignificatio. Sic* τρύγητος ου ὁ *vindemia, fructuum collectio,* τρυγητὸς ου ὁ *verò tempus vindemiæ. At* ἀμητὸς ου ὁ *meſſis tempus, ſed* ἄμητος ου ὁ *meſſis,*

Sæpe genus *diſtinguit, ut* ἅλς ἁλὸς ὁ *ſal,* ἅλς ἁλὸς ἡ *mare,* βάτος ου ἡ *rubus,* βάτος ου ὁ *menſura liquidorum,* Vocalis, *ut,* νῶτος ου ὁ *dorſum,* νότος ου ὁ *notus, ventus.* conſona, νόθος ου ὁ *ſpurius, &c.*

138. Ex accentu quoque quantitas ſyllabæ perſæpe cognoſcitur. *V. g. omnia nomina in* ίτης *(non verbalia) habent penultimam longam, ut* πολίτης ου ὁ *civis, in plural. num.* πολῖται ῶν οἱ *cives. Luc. 19. v. 14. in f. g.* πολῖτης ιδος ἡ *civis fœmina. Sic* νεὰν ᾶνος ὁ *juvenis,* νεᾶνις ιδος ἡ *juvencula. Ergo* α *in* νεανίας *&* νεανίσκος *eſt longum.* Simili rem explicabo *Gen. 27. 11.* ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος, *ego vero ſum vir levis. Hic Latine diſcriminis causâ dicendum & ſcribendum eſt* lévis *non* levís. *Nam* lévis *prima longa* glat / levìs *verò prima brevi* leicht. λεῖος lévis *vitiose vulgò ſcribitur* lævis. *Nam* ει *in lingua Græca non mutatur in æ ſed in e vel* ι

longum, ut πολιτεία politia, μουσεῖον muſéum. *Læ-*
vus verò per æ à Græca λαιὸς *idem eſt quod ſiniſte-*

139. Ex origine plurimarum vocum tam or-
thographia, quàm proſodia ſponte emergit, pri-
moque intuitu dignoſci poteſt. *V.g. ſcribendum*
eſſe κίνδυνος periculum, *compoſitio oſtendit. Si-*
n. dicitur q. κινεῖν δυνάμενος *movere volens, v-*
q. κινῶν ὀδύνας *ciens dolores. Sic* ῥάθυμος piger e-
ῥᾴδιος *&* θυμὸς, *facilis ſeu diſſolutus animus. Si-*
dicimus αὕτη *q.* ἡ αὐτὴ hæc. τούτου *q.* τοῦ αὐτοῦ. οὗτ-
q. οἱ αὐτοί. *ſic* θησαυρὸς παρὰ τὸ τεθῆναι εἰς αὔριον
Sic ſcribendum Latinè cœmeterium *ex* κοιμητή-
ριον *(non cum vulgò* cœmiterium) *hoc eſt, cubile*
vel dormitorium, prout eleganter per metaph. ſe-
pulcrétum Chriſtianorum *vocatur, Eſaiæ* 57.6.

140. Dialectus quandoque tam ſpiritum
quàm accentum mutat. *ut,* ὅμοιος *ſimilis. Attic-*
ὁμοῖος. *item* ἕτοιμος ἑτοῖμος *paratus,* γέλοιος γε-
λοῖος *ridiculus. Apoc.* 6. *v.* 14. εἱλισσόμενος *pr-*
εἰλισσόμενος convolutus, *Æolicè. Æoles enim fu-*
giunt aſpirationem. quamvis hic diſſentiat editi-
Stephani & Plantiniana. Sic ſuperiores German-
dicunt heiſchen / *ſed in inferiori Germania* eiſchen
omiſſâ literâ h. *Sic Hebr.* 11.21. ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥά-
βδου αὐτοῦ *pro* αὐτοῦ, *qui Æoliſmus, ſeu quæ prono-*
minis relativi ἐναλλαγὴ, *inprimis Græcis interpre-*
tibus, quos LXX *vocant, eſt admodum frequens.*
Sic Dores pro γράψω *ſcribunt* γραψῶ.

141. Apoſtrophus quoque tenues literas mu-
tat in aſpiratàs, & accentum aut tollit, aut revo-
cat, aut relinquit. *ut, Actor.* 9.31. καθ' ὅλης τῆς Ἰου-
δαίας *per totam Iudæam. Hic* α *in* κατὰ *tollitur, &*
τ *mutatur in* θ *propter ſequentem vocalem aſpi-*
ratam. 1 Cor. 15. 33. φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι
κακαὶ, *corrumpunt bonos mores colloquia prava.*
χρῆσθ' *pro* χρηστὰ, *ubi* τ *mutatur in* θ, *& accentus*
non

non tantùm revocatur in penultimam, ſed etiam mutatur, nempe gravis in circumflexum, quod tamen à nonnullis negatur. Sic νύχθ' ὅλην totâ nocte, *pro quo Luc. 5. v. 5.* δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, per totam noctem, *ubi accentus in υ manet.* πολλ' ἔχω, *multa habeo,* ἅπαντα τῷ πλούτῳ ἔσθ' ὑπήκοα *omnia divitiis obtemperant,* δεῖν' ἔπαθον *gravia paſſus ſum, pro* δεινά. *Vides, cùm vocalis acuto accentu notata per* ἀπόστροφον *abjicitur, in* dictionibus indeclinabilibus accentum *unà cum vocali* abjici; *in* declinabilibus *autem* accentum *vel* relinqui *loco ſuo, vel* transferri *ad ſyllabam præcedentem.*

142. *Sed hîc obiter moneo* Apoſtrophum *perſæpe non eſſe, ubi eſſe poſſit, idque more Ionum. ut, Luc. 15. v. 6.* ἐπὶ ἑνὶ *pro* ἐφ' ἑνὶ. *Rom. 2. 2.* κατὰ ἀλήθειαν. *Rom. 3. 7.* κατὰ ἄνθρωπον λέγω. *Luc. 23. 17.* κατὰ ἑορτὴν *pro* καθ' ἑορτήν. *Rom. 14. 15.* οὐκ ἔτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς, *non jam ſecundum charitatem incedis. Rom. 16. 25. & Gal. 2. 2.* κατὰ (*pro* κατ') ἀποκάλυψιν *ex revelatione.*

Hactenus de Encliticarum dictionum accentibus *fusè dixi. Ne tamen aliquis tiro tot regularum congerie abſterritus, hanc de Accentibus inſtitutionem declinet, ad tres regulas ſequentes ferme omnia de dictionibus encliticis ſum contracturus.*

REGULA I.

Dictio enclitica qualiſcunque poſt vocabulum προπαροξύτονον & προπερισπώμενον reponit *ſeu transfert* accentum ſuum. *ut, Ioan.* 21. 7. ὁ Κύριός ἐστι, DOMINUS eſt. *Ioan.* 20. *v.* 13. ἦραν τὸν Κύριόν μου, *abſtulerunt Dominum meum. Matth.* 11. *v.* 29. πρᾶός εἰμι, *mitis ſum. Actor.* 7. *v.* 59. πνεῦμά μου, *Spiritus meus.*

Regula II.

Poſt vocabulum ὀξύτονον & παραπτώμενον ἀ- mittit accentum ſuum. *ut Matth.* 28. 20. μεθ' ὑμῶν εἰμι, *vobiſcum ſum. Actor.* 16. 9. ἀνήρ τις *vir quidam. Ioan.* 21. 16. ἀγαπᾷς με; *an dil gis me?*

Regula III.

Poſt vocabulum penacutum *ſeu* παροξύτονο dictio enclitica monoſyllaba amittit accentum diſſyllaba vero ſuum retinet, *ut, Rom.* 14. 23 πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστί. *Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Rom.* 1. 11. ἵνα τι μεταδῶ *ut quid impertiar. Hic* τι *amittit accentum ſuum poſt vocem penacutam.*

ΤΈΛΟΣ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 28